

propter ordinem causarum, ut in creatis, sed solum propter ordinem rationis.

Declaratur ordo rationis. Declaratur ordo causarum.

In rebus creatis forma substantialis minus proprie, & lato modo dicitur potentia.

Natura diuina non accipit efficaciam ab intellectu, & voluntate. Tamen illis medijs dicitur operari, quatenus non operatur, ut principium commune, sed ut speciale intelligendo, & volendo.

ordinem rationis; quia natura est quasi commune principium ad plures operationes, intellectus autem est solum intellectus principium. Quare natura diuina medio intellectu ordine quodam rationis profert intellectum, dilectionemque elicit media voluntate. In rebus autem creatis virtus actiua ponitur media, non solum propter eum ordinem rationis, sed propter ordinem causarum; eod quod natura non sit se ipsa satis actiua, sed indigeat virtute actiua superaddita. Itaque etsi in rebus creatis forma substantialis minus proprie dicatur potentia; quia non est ipsa vis actiua, sed est remotum principium agendi indigens vi actiua superaddita; tamen diuina natura propriissime est potentia, non solum quia in suo conceptu confuso continet principium operandi proximum, scilicet intellectum, & voluntatem: sed etiam ut consideratur distincta ab intellectu, & voluntate, ipsa est vis actiua, utpote purus actus, & primum agendi principium infinite actiuum; sed propter ordinem rationis operatur medio intellectu, & voluntate: non quod natura accipiat efficaciam ab intellectu, & voluntate, sed quia operatur intelligendo, & volendo, ad quas operationes intellectus, & voluntas ordine rationis media sunt. Quare merito quidem ipsa essentia, siue natura sepius a S. Thom. dicitur diuina potentia, quae scilicet se ipsa est quam maximam actiua.

Ex quibus colligimus, quod in operatione diuina, quae ad creaturas emanat, intellectus & voluntas habent rationem virtutis mediae, non quod credamus in ipsa natura, ut natura est, & ut ratione distinguitur ab attributis, deesse actiuam virtutem: sed solum propter ordinem rationis; quia natura diuina non operatur ut caeca, sed res conditas efficit, ut artifex secundum artem, exemplar, & ad placitum suum. Vnde S. August. in Enchirid. cap. 96. ait Deum ideò esse omnipotentem, quia operatur omnia quae vult.

At verò in diuinis processibus intellectu, & voluntatem ponimus, quasi medias virtutes ordine etiam cognitionis; sed aliam ob rationem; eod quod ipse processiones ex sua ratione formali pertinent ad has potentias; generatio ad intellectum, & spiratio ad voluntatem: quia res genita est Verbum, & res spirata

ta Amor. Et ideò ad alteram solus intellectus est virtus media, & operationis principium, ad alteram sola voluntas; neque intellectus diuinus concurret ad spirandum, neque voluntas ad generandum: cum enim sint processiones internae, petimus earum distinctionem formalem à principijs distinctis, scilicet ab intellectu, & voluntate. Ideòq; haec duae potentiae quasi complent potentiam notionalem; cum enim processiones sint distinctae suis rationibus formalibus, oportet principia esse distincta: quare essentia non est absolute potentia generatiua, nisi intelligas essentiam ut intelligentem, essentiamq; ut diligentem, esse spiratiuam potentiam. Clauditur ergo in conceptu generatiuae potentiae, si explicetur essentia, & intellectus simul; & in conceptu spiratiuae potentiae essentia, & voluntas simul. Neque Deus generat, aut spirat quia vult, quod est potentiae creatricis positae in voluntate Dei libera, sed suapte natura generat, & spirat.

Est igitur oculatiùs inspicendum, quod cum in Deo processiones duae pertineant ad personas distinctas, alteram enim procedit Filius, alteram Spiritus Sanctus, potentia notionalis quoad principium proximum operationis non est vna, sed duplex; alia enim est natura & intellectus, alia natura & voluntas. Imò potentia notionalis passiuam proximam adhuc est ab istis distincta, ut antea docuimus, & paulò post dicemus; potentia verò creandi semper est eadem, cum omnes res creatae ab eodem principio dimanent.

Confirmatur hoc auctoritate S. Thom. 1. p. q. 41. art. 4. & libr. 4. contra gentes cap. 9. 11. & 12. quibus locis docet intellectum diuinum esse potentiam generandi; cum quo consentiunt Henricus in summa, artic. 58. q. vltima, & alij cum sectatoribus S. Thomae. Et illum versiculum, *Ex utero ante Luciferum genuite*, & Patres & Doctores commentantur, *ex utero*, hoc est, ex diuino intellectu à quo proles diuina oritur. Ita S. Greg. lib. 12. Moral. cap. 28. & 40. & in eum locum S. Thom. Henric. Gandau. Dionys. Carthus. & Auctor incognitus. Est ergo intellectus potentia generandi proxima, voluntas verò spirandi.

Ex his verò omnibus duo asserta certissima videntur colligi, alterum est, quod si nomine potentiae notionalis intelligamus

ex processiones ex sua ratione formali pertinent ad intellectum, & voluntatem.

Haec duae potentiae quasi complent potentiam notionalem.

Deus generat & spirat suapte naturam, non quia vult.

Potentia notionalis proxima, alia est natura, & intellectus solus, alia est natura, & voluntas sola ut naturalis.

Potentia creandi est vna, & eadem.

Confirm. ex S. Thom.

Henric.

Psal. 109.

S. Gregor.

S. Thom.

Gandau.

Carthus.

Auct. incog.

10.

1. confect.

Potentia notionalis proxima



rea distinguitur à potentia creatrice vt alia attributa inter se.  
*S. Thom.*

*Durand.*  
*Scotus.*  
*Caiet.*  
*Gabr.*  
*Gregor.*  
Probatur. 1.  
Potentia creandi est intellectus, & voluntas simul, aut sola voluntas vt libera, aut virtus distincta.

Probatur. 2.

Probatur. 3.

11.  
Obiectio.

Responsio.  
Quod intellectus sit fecundus, nõ est perfectio addita fecunditati nature.

12.  
2. confect.  
Potentia notionalis prima vna eademq; est potentia, quæ est etiam creatiua.  
Probatur. 1.  
Ea quæ meditatur in Deo sunt coniuncta.

mus eam virtutem mediam, quæ est inter operationem, & essentiam; distinguitur sanè potentia notionalis à potentia creandi, vt alia attributa inter se: quod *S. Thom.* docet in 1. Sentent. d. 7. q. 1. art. 1. & 1. p. q. 27. art. 5. ad 1. vbi docet potentiam esse principium agendi in aliud cum actione ad extra, & processione diuinam non accipi secundum attributum potentia. Idem sentit *Durand.* d. 10. q. 1. *Scotus* d. 20. *Thom.* *Caiet.* q. 25. art. 3. *Greg.* & *Gabr.* d. 20. q. 1. & 2. Probatur, quoniam potentia creandi est intellectus, & voluntas simul, aut sola voluntas ex intellectus præmeditatione determinabilis, aut virtus etiam distincta, vt aliàs disputabimus: potentia verò notionalis in altera processione est solus intellectus, in altera verò est sola voluntas vt naturalis; ergo distincta est hæc potentia ab illa. Deinde potentia creandi est duntaxat actiua, potentia autem notionalis est actiua, & passiua. Ac demum potentia media inter operationem, essentiamque, habet speciem ab operatione; sed operatio potentia notionalis est relatio quædam personalis; operatio verò potentia creandi est essentialis; quia est actio in Deo existens, vt *S. Thom.* docet; ergo sunt potentia distincta.

Sed occurrit argumentum, Ex dictis enim sequitur intellectum in Spiritu Sancto non esse fecundum, vt nos concedimus: fecunditas autem est quid essentialis; ergo aliquid deest in Spiritu Sancto essentialis. Respondendum est fecunditatem in Deo esse vnum & idem attributum, & perfectionem maximam; quod autem intellectus sit fecundus non esse perfectionem additam, sed ipsam & eandem. Quod ergo intellectus in Patre sit fecundus, & ipse intellectus in Spiritu Sancto non sit fecundus; hoc totum pertinet ad distinctionem processionum, & non est aliqua distincta perfectio.

Secundum assertum ex iisdem deducimus, quod si nomine potentia interpretemur ipsam diuinam essentiam; quatenus est fecunditas quædam à qua omnis processio realis petitur, vna & eadem est ad quam pertinent processiones interna, & emanationes ad res creatas. Probatur, nam ea quæ meditatur in Deo sunt coniuncta; ponimus enim in Deo vnam scientiam, vnam iustitiam; ergo & potentiam vnam, si potentia significet

**A** ipsam essentiam infinite communicabilem. Vnde *S. Ioan. Damasc.* Deum appellauit infiniti potentem; pertinet autem maximè ad diuinam potentiam, vt per eam procedat infinitum, scilicet Deus de Deo. Potentia autem hoc modo accepta non est principium operatum, sed communicabile duntaxat, vt in ea comprehendatur etiam potentia notionalis passiua. Egregiè autem philosophamur dum potentiam proximam operationi distinguimus; remotam autem quasi fontem omnium processionum non diuidimus: nam & in rebus creatis ab vno principio formali præcipuo ducimus actiones diuersarum potentiarum.

**B** Ea autem est sententia *S. Thom.* de Potentia q. 2. artic. 5. aperte pronunciata, scilicet quod potentia notionalis sit ipsa diuina Omnipotentia, non simpliciter, hoc est, non præcisa, sed addita proprietate. Vtramque verò assertionem videtur complexus esse in 1. Sent. d. 7. q. 1. art. 3. vbi docet potentiam notionalis, & creatricem distinctas esse, si considerentur vt operationi coniunguntur: idem verò esse, si in sua radice inspiciantur; in sua

**C** (inquam) radice, hoc est, in diuina essentia fecunditate, & infinita communicabilitate; quæ etiam potentia dicitur, vt supra docuimus: & q. illa 2. de Potent. art. 6. ad 3. non dissimilia disputat. Et attestatur nobis *S. August.* lib. 3. contra Maxim. cap. 7. & 14. qui ait Patrem non futurum fuisse omnipotentem, si Filium gignere non potuisset; ergo generationem censuit esse opus diuina potentia, imò & omnipotentia. Respondet *Ioan. Scot.* d. 20. q. 1. *S. Augustinum* probasse Filium æqualem gigni: quia si inæqualem gigneret non esset infinita essentia, in qua esset maior & minor: quod si non esset infinita essentia, neque omnipotens esset.

**D** *Gregorius* verò q. 2. art. 2. respondet *S. Augustinum* disserentem cum *Maximino*, qui dicebat Filium Dei esse creaturam, illum coarguere, Quare Pater non genuerit sibi æqualem, siquidè omnipotens est? Inepre sanè est hæc secunda responsio *Gregorij*. Quid enim quæreret *S. August.* cur creatura nõ sit genita æqualis Patri, cum Pater sit omnipotens? notum enim est potentia Dei infinita non posse produci creaturam æqualem Deo. *Scotus* verò quantumuis detorqueat argumentum, non euadit; quia saltem ex infini-

*Damasc.*

Potentia sic accepta non est principium operatum, sed communicabile duntaxat.

Probatur. 2. exemplo ostendente vtrique cōsectarium.

13.  
Probatur. 3. ex *S. Thom.* 1. locus.

2. locus docens vtrumque cōsectarium.

Probatur. 4. ex *S. Aug.*

1. responsio *Scoti.*

Secunda *Gregor.*

Refellit 1. responsio vt inepta.

Refellit 2. responsio vt inficiens.



Ex infinitate Dei consequitur potētia, quæ non esset in Patre, si Filiū non generaret æqualem; nam vt cum Scoto consentimus, si non generaret æqualem, non generaret infinitum; ergo neque Pater infinitus esset, neque omnipotens: ergo generationis opus postulat infinitum Patrem, & omnipotentem.

14.

Dubitatio appendix. Ratio dubitandi.

1. assertio. Potentia notionalis proxima est ordine rationis, simpliciter posterior potentia creatricis proxima.

Probatur. 1. de notionali vt includit relationem.

Probatur. 2. de eadem secundum id essentialē quod indicat, cum etiā vt sic intelligatur cum ordine ad hanc vel illā processionem, vt principium distinctionis.

Natura fecunda est attributum essentialē commune tribus personis. Intellectus fecundus nō sic, sed est proprius Patris,

Propria sunt posteriora communibus. S. Thom.

in infinitate Dei consequitur potētia, quæ non esset in Patre, si Filiū non generaret æqualem; nam vt cum Scoto consentimus, si non generaret æqualem, non generaret infinitum; ergo neque Pater infinitus esset, neque omnipotens: ergo generationis opus postulat infinitum Patrem, & omnipotentem.

Per hęc eadem illa controuersia dirimitur, Vtrum potentia ad actus notionales sit prior potentia creatricis? nam actus notionales sunt naturales, creationis autē opera libera; ergo potentia ad actus notionales prior est, sicut & actus ipse est prior; naturale enim antecedit liberum. Dicendum tamen est potētiā creatricem simpliciter esse priorē, si loquamur de potentia proxima: si enim loquendum sit de potentia notionali, vt includit relationem, certum est hanc potētiā ordine rationis consequi cetera attributa, cum sit media inter personalia, & essentialia, vt diximus. Quod si consideretur secundum id essentialē quod indicat, adhuc potentia notionalis, quæ proxima est, posterior est potentia creatricis: quia potentia notionalis proxima, per hoc ipsum quod dicitur proxima, pertinet ad processionem vt principium distinctionis, & ita ad generandum potentia est intellectus, ad spirandum voluntas: quare ipsam essentialē intelligitur cum ordine ad hanc, vel illam processionem. Quare etiam quoad essentialē indicatum in ista potentia in ordine ad processionem cuius est principium, non est potētia communis tribus personis, sed propria istius vel illius; quia intellectus in Spiritu Sancto non est potentia notionalis, aut actiua, aut passiuā, cuius processio pertinet ad voluntatem; in Patre tamen est potentia notionalis. Itaque natura fecunda est attributum essentialē; quia est commune tribus personis; sed intellectus fecundus non est aliquid commune, quia non est in Spiritu Sancto fecundus; est ergo aliquid proprium; & de voluntate idem dicimus. Cum ergo potentia proxima notionalis non sit commune tribus personis, sed propria istius vel illius, vt statim luculentius explicabimus; simpliciter est posterior omnibus attributis, propria enim sunt posteriora communibus, quod indicat S. Thom. in 1. d. 29. q. 1. art. 2. ait enim ibi principium operatio-

nis externalē esse prius quā principium internalē operationis; hoc enim intelligendum est de potentia notionali proxima.

Potentia verō notionalis prima, quæ est ipsa fecunditas nature, non est potētia distincta à creatrice omnipotentia, vt modò docuimus: quare neque prior est, neque posterior, sed eadem. Quæ tamen potentia communis est tribus personis, vt est prima ratio communicabilis, quomodocunque; & ordine rationis prius respicit actus naturales, quā liberos, vt argumentum conuincit.

Hinc perdiscendū est in essentialibus fecunditatem nature vt est prima potētia, antecedere potētiā creatricem vt est potentia proxima, vt docet S. Thom. Thomas Caiet. Ioan. Capreol. Albertus Magn. Richard. & Thom. Argent. Et hanc potētiā creatricem proximam antecedere potētiā notionalē proximam, etiam quoad id quod indicat essentialē, in ordine tamen ad processionem distinctam, vt comprobatur est.

Non ergo fecunditas nature est vltimum attributum, sed inter priora enumerandum: nam etsi in ea fecunditate continentur diuinæ processionē, quæ sunt posteriores omnibus attributis, nō intelliguntur vt proximē consequentes; sicut etiā in potentia creatrice continentur res omnes possibles, & tamē potētia creatrix non est vltimum attributum: sed illā sequuntur misericordia, iustitia, liberalitas, & cetera quæ sunt in nobis habitus consequentes potētiā: fecunditas ergo nature, vt est prima potentia, necessario antecedit intellectum, & voluntatem, quæ pertinent ad potētiā proximam. In quo falluntur viri alijs docti, existimantes fecunditatem diuinæ nature esse vltimum attributum. Merum est esse vltimum inuentionē, vel potius illustrationē diuinā, quia cetera sunt nota natura, fecunditas autē diuinā per fidem postea innotuit.

Dicitur esse vltimum inuentionē, vel potius illustrationē diuinā, quia cetera sunt nota natura, fecunditas autē diuinā per fidem postea innotuit.

CAPVT XXX. Argumenta refelluntur.

Vt autē hęc firmitus animis hercant, sunt etiam argumentorum pondera expendenda: probatur ergo quod potentia notionalis & creatrix idem omnino sint. Potentia respicit omne possibile; sed inter possibilia numerantur diuinæ processionē; ergo vna est diuina potētia

15. 2. assertio. Potentia notionalis prima non est prior, nec posterior creatricis, cum sit ipsa creatrix, scil. prima ratio communicabilis quomodocunque;

16. Corollarium. Fecunditas nature vt est prima potētia, antecedit potētiā creatricē vt hęc est potētia proxima. S. Thom. Caiet. Capreol. Alb. Mag. Richard. Argent.

17. In ea fecunditate etsi continentur diuinæ processionē non intelliguntur vt proximē consequentes. Exemplum.

Videntur Banes q. 27. art. 5. Fecunditas nature est attributum vltimum, veluti inuentionē.

1. 1. argum.



potentia etiam ad processiones diuinas dilatanda; aliàs non erit omnipotentia.

Secundò, Potentia creatrix est infinita; ergo extra eam non est alia potentia; ratio enim formalis infinita continet suo ambitu omnia pertinentia ad illam rationem in genere, vt scientia infinita omne scibile; aliàs si in Deo poneremus duas scientias, nulla illarum perfecta esset; quia desideraretur in vna, quod esset in altera: ergo neque duas potentias licitum est Deo attribuere.

Tertiò, Eadem voluntas est potentia ad operationem necessariam, & contingentem, liberamque & naturalem; ergo & eadem potentia diuina ad processiones diuinas, creatasq; emanationes potest pertinere.

Quartò, Eadem potentia, quæ est in Patre vt generet, est in Filio vt generetur, vt S. Thom. docet; ergo falsum est quod asseritur, potentiam generatiuam in Patre esse intellectum, in Filio verò ipsum intelligibile.

Quintò, Potentia actiua & passiua longè amplius distincta sunt, quàm quæuis actiua potentia inter se; sed nos concedimus potentiam generatiuam actiuam in Patre, & passiuam in Filio esse eandem; ergo potentia generatiua actiua & creatrix, cum vtraque sit actiua, vna eademque est.

Sextò, Essentia vt est in Patre, & vt est in Filio, non distinguitur à se ipsa ratione aliqua formali, sicut attributa distinguuntur; sed solùm distinctione rationis ratiocinantis, vt aiunt, sicut idem à se ipso: potentia autem actiua & passiua distinguuntur ratione formali; ergo non potest intelligi quòd essentia prout est in Patre sit potentia actiua, & prout est in Filio sit passiuua.

Septimò contra hæc à partibus oppositis probatur potentiam notionalem distingui à potentia creatrice, etiam vt nomine potentia essentiam indicamus. Quoniam si processiones diuinae quoquo modo pertinerent ad omnipotentiam, Filius non esset omnipotens, quod est hereticum. Sequela verò hæc ostenditur, Pater enim habet potentiam ad generandum, Filius verò non habet; Pater igitur omnia potest, Filius verò non omnia potest, cum generare non possit; ergo generare non pertinet ad omnipotentiam. Et confirmatur, quoniam id

quod in Filio non est impotentia, non est quoque impotentia in Patre, cum sint eiusdem potentia; sed in Filio non generare non est impotentia; ergo neque in Patre, quod tamen S. Augustinus affirmat.

Vltimò, Omnipotentia est communis tribus personis; sed potentia notionalis non est communis; ergo saltem ratione formali distincta est.

*Aduertenda.*

**Q**uidam sunt qui ponunt potentiam notionalem duntaxat actiuam, eamque esse ipsam omnipotentiam contendunt: aiuntque eam potentiam respicere omne possibile, quasi proprium obiectum; & propterea si diuina omnipotentia in Patre consideretur, possibilem esse aiunt natiuitatem Filij, ideòq; eam ad omnipotentiam pertinere. Si verò eadem omnipotentia consideretur in Filio, possibilem non esse natiuitatem alterius filij, ideòque alteram generationem ad omnipotentiam prout est in Filio, non pertinere. Itaque etiam concedunt omnipotentiam in Patre respicere plura possiblea, quàm in Filio; siquidem in Patre est potentia ad generandum, non verò in Filio, cum tamen in vtroque sit potentia ad omnia possiblea, quæ est ratio omnipotentia. Ea est opinio Egidij, & Thomæ Argent. de qua disputandum capite sequenti.

Hæc opinio nihil habet absurdi, aut erroris; idem enim est concedere, quòd Filius non habeat potentiam ad generandum, & quòd generare non sit possibile, vt comparatur cum potentia in Filio; potentia enim & possibile relatiua sunt, quæ separari etiam cogitatione nõ possunt.

**S**ed tamen quia oportet ponere potentiam generatiuam passiuam, vt supra exposuimus cum S. Thoma sentientes; aliter hac in re philosophandum est. Videtur igitur dicendum, quòd potentia respicit possibile secundum esse; id enim possibile est quod potest esse. Et quemadmodum vnumquoque est potens quatenus est, ita & possibile est quod potest habere esse: in diuinis ergo processionibus inueniuntur res plures possiblea, quæ possunt procedere, sed esse est vnũ. Nullum enim esse ponimus in diuinis personis, nisi essentiale, & vnum; perfectio

2. argum.

3. argum.

4. argum.

S. Thom.

5. argum.

6. argum.

7. argum.

Confirm.

S. August.

8.

Vltimum arg.

9.

1. aduert. 1. sententia asserens potentiam notionalem duntaxat actiuam, eam esse ipsam omnipotentiam, sed ad hæc prout est in Filio generatione filij non pertinere vt potest iam potentia filij non possibilem.

Egid. Argent.

10.

Hec sententia nihil habet absurdum, aut erroris.

11.

In 2. & vera S. Thomæ sententia ponente potentiam notionalem passiuam 1. a tertium. Potentia respicit possibile secundum esse.



2. assertum.  
In Deo dupli-  
cis potētiae no-  
tionalis acti-  
ue vna est per-  
fectio: sicut du-  
arum rerū pos-  
sibilitatem vnū  
est esse.

12. LA  
3. assertum.  
Potentia no-  
tionalis prima  
est in singulis  
personis acti-  
ua, vel passiva  
respicens idē  
esse possibile,  
etiā ad intra,

13.  
Hoc assertum  
probatur. 1.

Responsio;

Etio autem potētiae attenditur penes  
esse quod communicatur. Vnde colligimus,  
quod licet duplex potētia notionalis actiua  
terminetur ad duas processiones reales,  
& ad duo possibilia, scilicet ad Filium,  
& Spiritum Sanctum; est tamen vna & eadem  
perfectio potētiae; quia vtriusque processio-  
nis, siue vtriusque personae procedentis,  
quae sunt duae res possibiles, vnum est esse:  
& ita duae istae res possibiles, quae possunt  
esse, non possunt esse nisi vnum. Quare  
potentia notionalis respicit plura possibilia  
distincta pluribus proprietatibus, sed respicit  
duntaxat vnum esse possibile.

Igitur si loquamur de potētia notionalis  
primā, quae est natura fecunda, ea est maxima,  
summaque perfectio respiciens omne possibile;  
& extra Deitatem quidem quidquid est possibile,  
est aequaliter a tribus personis: in ipsa verò  
substantia Deitatis, possibile secundum esse  
idem est; sed res possibiles, scilicet personae,  
sunt proprietatibus distinctae. Et ad hunc  
sensem potētia in singulis respicit idem esse  
possibile, etiam in diuinis processionibus;  
quia sicut est in Patre potētia vt det esse,  
ita est in Filio potētia vt accipiat ipsum  
idem esse: quare quoad esse quod in potētia  
attenditur, eadē est potētia, & idem possunt  
Pater & Filius; sed proprietatibus distinguitur  
& potētia, & res possibilis; nam in Patre  
est potētia actiua, in Filio est passiva, & Filius  
est res possibilis, quae potest procedere a potētia  
reali: qua nominis significatione Pater non est  
res possibilis. Item Filius est vna res possibilis,  
Spiritus Sanctus alia res possibilis, quae etiam  
potest procedere a reali potētia. Et ita modo  
accommodato & potētia & res possibilis distinguitur  
proprietatibus; non autem perfectione aut  
secundum esse.

Quae vt perspicacius intelligatur animaduertendum  
est, quod si in Patre poneremus potētiam ad  
esse possibile, quod esse non pertineret ad  
potētiam Filij, Filius sanè superaretur  
potētia a Patre esse enim est rei perfectio;  
aliqua ergo perfectio contineretur in obiecto  
potētiae Paternae, quod in potētia Filij  
deesset. Neque satis esset ad leuandam,  
aut excusandam impotētiam Filij, quod  
diceremus ideo Filium non posse illud idē

A quod Pater, quia illud non esset possibile  
comparatum cum potētia Filij: nam vel  
ex eo potētia Paterna esset perfectior,  
quia per eam aliquid esset possibile, quod  
per potētiam Filij possibile non esset;  
in puero enim impotētia est quod non  
generet, quānis generare per eius facultatem  
naturalem impossibile sit: quicquid ergo  
absolutè possibile est, possibile est per  
potētiam Filij, & Spiritus Sancti. Quod  
explicandum est quoad esse rei possibilis.  
Vtrāque enim potētiam, qua Pater potest  
generare, & Filius generari potest: intelligitur  
vtrūque posse secundum esse diuinum, quod  
est idem. Potentia ergo notionalis in  
singulis personis respicit idem esse possibile,  
scilicet esse diuinum communicabile, diuersas  
tamen proprietates: quia altera persona potest  
generare, altera generari; sed vtriusque  
rei possibilis esse est idem, scilicet esse  
diuinum essentiale idem, sicut & potētia  
quoad essentiale est eadem.

Est etiam aduertendum, quod in rebus  
creatis per potētiam actiuam, & passiuam,  
eadem res est possibilis, vt actus vltimus  
ad quem ordinatur vtrāque potētia; verbi  
gratia, per potētiam actiuam generandi  
homo generandus, est res possibilis, & idem  
homo est res possibilis per passiuam potētiam.  
Quare & in Deo vtriusque potētiae actiuae,  
& passivae eadem res est possibilis, scilicet  
persona procedens; actus enim ad quem  
refertur potētia Patris est Filius generandus,  
& ad eundem refertur potētia passiva, quae  
est in Filio, & antecedit illi, vt diximus.  
Et de spirandi potētia similiter dicendum,  
quod scilicet per actiuam, & passiuam  
potētiam sit possibilis Spiritus Sanctus.  
Quare scitè dixit S. Thom. 1. p. q. 42. art. 6. ad 3.  
Patrem, & Filium per potētiam actiuam  
& passiuam idē posse; quia vtriusque  
potētiae res possibilis est vna & eadem.  
Nihilominus per eam potētiam generandi  
siue actiuam, siue passiuam non potest  
produci Spiritus Sanctus, sed per potētiam  
spirandi.

Est igitur potētia notionalis in Deo  
distincta suis proprietatibus, sicut & res  
possibilis suis proprietatibus distinguitur:  
at verò sicut esse rei possibilis in Deo est  
vnum & idem esse diuinum, ita & potētia  
notionalis prima est vna & eadem in  
tribus personis, scilicet fecunda natura,  
suis tamen proprietatibus

Refellitur: pater  
etq; prima  
fententia.

Exemplum.

Quicquid absolute  
possibile est, possibile  
est per potētiam  
Filij, & Spiritus  
Sancti, quoad esse  
rei possibilis.

Probatur. 2.

In creatis per  
potētiam actiuam  
& passiuam, eadē  
res est possibilis,  
vt actus vltimus.

Exemplum.

Sic in Deo per  
potētiam generandi  
actiuam & passiuam  
possibilis est Filius.

S. Thom.

Item per potētiam  
spirandi Spiritus  
Sanctus.

15.

2. aduert.

In tribus personis  
vt esse rei possibilis,  
ita potētia notionalis  
prima est vna & eadem  
tamē proprietatibus  
distinguitur.



Potentia notionalis proxima non est communis. Ne in Filio quod intellectus est fecundus: quia hic in Filio non est potentia passiva. Sic nec in Spiritu Sancto voluntas. Potentia notionalis proxima distinguit processionem.

Potentia creatrix prima est una & eadem cum potentia notionali prima.

16. 3. aduert. Etiam potentia notionalis proxima, v. c. generandi actiua, & passiva, est una & eadem; eo pacto quo dicimus intellectum in actu esse ipsam rem intelligibilem.

Hec realis unitas ex propria ratione processionis indicat infinitam excellentiam potentie, & processionis, cuius virtute potentia operans cum termino operationis coniungitur.

17. Vltim. aduert. Sensus questionis, vt cap. 29. n. 1. & 2.

bus distincta, prout est in Patre, aut Filio, aut Spiritu Sancto. Potentia verò notionalis propinqua non est tribus personis communis, vt capite antecedente diximus; quia intellectus in Spiritu Sancto, non est fecundus, vt liquet. Imò neque in Filio intellectus est fecundus, quia intellectus non est potentia passiva in Filio, neque in Spiritu Sancto voluntas, vt docuimus; potentia enim notionalis proxima distinguit ipsas operationes, & idcirco est propria unicuique personae, ita vt illud attributum, quod in vna persona est potentia proxima, non sit potentia proxima in alia persona, licet aliàs omnia attributa, remota ratione potentie notionalis, sint communia diuinis personis. Prima autem potentia quae est natura fecunda vna & eadem, est potentia notionalis in singulis, aut actiua, aut passiva: & de ista disputauimus in istis notationibus conferentes illam cum potentia creatrix prima; de qua asserimus esse vnam & eandem cum potentia notionali prima, vt capite precedente decretum est.

Colligimus tandem hoc etiam pertinere ad unitatem, & perfectionem potentie notionalis in Deo: quoniam si loquamur de potentia proxima, verbi gratia generandi, quae actiua est intellectus, passiva verò est esse intelligibile, vt diximus; est tamen etiam quoad hoc potentia generatiua eadem, eo pacto quo dicimus intellectum in actu esse ipsam rem intelligibilem; quia propter perfectionem diuinae intellectiois intellectus, & intelligibile sunt res eadem. Quod etiam extollit dignitatem processionis, cuius virtute potentia operans cum termino operationis coniungitur. Eodemque modo diuina voluntas per processionem diuinam terminatur ad esse diligibile, ita vt sit reali unitate vnum principium formale quo actiuum, quod est voluntas; & principium quo formale passiuum, quod est esse diligibile. Itaque haec unitas realis potentie actiuae, & passivae ex propria ratione processionis indicat infinitam excellentiam potentie, & processionis.

Vltimò aduertendum est non vocari in questionem, Vtrum potentia notionalis, & creatrix sit eadem ratione formali? certum enim est potentiam notionalem addere relationem ad essen-

tiam, quae est potentia creandi; qua addita distinguitur ratione formali ab illa. Sed quaerimus de illo attributo essentiali quod indicat potentia notionalis: constituimusque potentiam notionalem primam, quae est natura fecunda, siue communicabilis, non distingui à potentia prima creandi, quae est ipsa natura infinite communicabilis; potentiam verò notionalem proximam à potentia creandi proxima esse ratione formali distinctam, etiam quoad id quod indicat essentialia.

B Responsio.

AD primum respondetur, quod natura, vt diximus capite precedente, est quasi commune principium ad operationem, per virtutes autem medias determinatur ad aliquod genus, siue speciem operationis. Ideoque si agendum sit de potentia media inter operationem, & naturam, omnipotentia est potentia, quae respicit omne possibile extra Deum, cuius omnipotentiae omnia subiecta sunt. Potentia verò notionalis est alia potentia non minor, imò maior & excellentior quoad operationis terminum, quantum maius est Deum generare, quam infinitos mundos moliri, & condere; sed vtraque potentia distincta est, sicut & vtriusque potentiae possibilia distinguuntur; alia enim respicit possibilia creata, alia verò increatas personas, vt diximus.

Ad secundum, respondetur similiter quod potentia creatrix in illa ratione formali qua est principium operandi extra se, continet quicquid ad potentiam pertinere potest: potentia autem notionalis aliam longè diuersam habet operationem, ideoque est ab illa distincta.

Ad tertium, respondetur operationem necessariam, & contingentem, naturalemque, & liberam spectare ad eandem rationem formalem obiecti, quod est bonum, ideoque esse eiusdem potentiae, scilicet voluntatis: procedere autem intra substantiam diuinam & procedere extra illam, sunt adeò diuersae emanationes, vt distinctas potentias proximas exigant. De potentia verò prima haec tria argumenta conuincunt esse eandem, quod libenter damus.

Ad

Resolutio, vt cap. 29. n. 10. & 12.

18. Ad 1. argum.

Loquendo de potentia proxima, & media inter naturam & operationem, omnipotentia respicit possibilia creata: potentia verò notionalis increatas personas.

19. Ad 2. argum. Potentia creatrix ad extra, & potentia notionalis distinguuntur propter operationes longè diuersas.

20. Ad 3. argum. Operatio naturalis & libera, &c. spectat ad eandem rationem formalem boni. Procedere intra Deum, & procedere extra illum non sic conueniunt.



21.  
Ad 4.  
Potentia notionalis proxima est actiua & passiuam distincta ratione formali vna ab alia.

S. Thomas explicatur. 1.

Secundò.

Tertiò.

22.  
Ad 5.

Potentia notionalis non est propriè actiua, aut passiuam, creatrix est propriè actiua.

23.  
Ad 6.

Essentia prout est in Patre non nisi per paternitatem distinguitur à se ipsa prout est in Filio.

Exemplum puncti.

24.  
Ad 7. argum.

Respond. ex aduert. Potentia realis respicit illud possibile, quod sequitur potètiã passiuam.

Ad quartum respondetur, quòd potentia notionalis operationi proxima, est distincta, & non vna: distincta (inquã) ratione formali vna ab alia, cum generandi virtus sit intellectus, spirandi verò voluntas; ergo ratione eadem nihil prohibet potentiam generandi actiuam esse intellectum, passiuam verò esse intelligibile. Cum autem dicit S. Thom. eandem potentiam generatiuam esse in Patre, & Filio, loquitur de potentia prima, quæ est essentia fecunda. Rursumq; potest intelligi, quòd re ipsa sit eadem, ratione tamen distincta. Præter hæc autem, intellectus & intelligibile quæ est potentia generandi actiua & passiuam, idè sunt coniunctione perfectissima potentia cum obiecto, vt diximus.

Ad quintum respondetur actiuum & passiuum propriè maiori interuallo distare, quàm actiuum ab actiuo: sed in potentia notionali actiuum & passiuum non dicuntur propriè; potentia verò creatrix est propriè actiua. Quo potius argumento firmatur esse potètiã distinctas.

Ad sextum, respondetur concedendo maiorem propositionem, quòd essentia prout est in Patre sola ratione ratiocinante distinguitur à se ipsa prout est in Filio, si distinctionem meditemur ex parte essentia: nihil enim habet essentia ad se ipsam pertinens in Patre, quòd idem non habeat in Filio; sed addita proprietate essentia, prout est in Patre, per ipsam paternitatem distinguitur ab essentia, prout est in Filio. Potentia enim notionalis ex parte proprietatis adiectæ absque dubio distinguitur ratione formali, definitioneque vna ab alia, vt in initio capitis præcedentis constitutum esse diximus. Et hoc pacto concedimus potentiam notionalis actiuam distingui à passiuam potentia, non verò quoad essentiam: sicut etiam dicimus de puncto, vt est principium vnius lineæ, & terminus alterius.

Ad septimum, respondetur ea quæ notauimus coaptando. Primò concedimus Patrem generare posse, Filium non posse generare; sed negamus consequentiam, aliquid posse Patrem per realem potentiam, quòd non possit Filius: potentia enim realis respicit illud possibile, quòd sequitur potentiam passiuam. Qua nominis significatione in Deo

A Patre generare non est res possibilis, sicut intelligere in Deo non est res possibilis per realem potentiam, sed est possibile, vt indicat veritatem propositionis, siue modum intelligendi, sicut Deum esse iustum est possibile. Quòd ergo Pater possit generare, Filius non possit, non arguit impotentiam in Filio; sicut hanc personam non posse esse illam, non arguit impotentiam. Res ergo possibilis per potentiam generandi actiuam est Filius; & eadem res est possibilis per potentiam passiuam. Quòd si inuestes, in Spiritu Sancto non est potètia aut actiua, aut passiuam ad hoc possibile, scilicet vt Filius gignatur. Tunc respondendum est ad argumētum ex notatione alia, quòd in Spiritu Sancto est potentia notionalis realis, nò ad hoc possibile secundum proprietatē, sed secundum esse rei possibilis; quia potentia passiuam spirandi, quæ est in Spiritu Sancto, respicit ipsum esse rei possibilis, quæ est Filius. Nam Spiritus Sanctus proprietate relatiua est alia res possibilis distincta à Filio, sed secundum esse est idem; potètiã autem perfectio attenditur secundum esse rei possibilis; & idcirco eadem est potentia in singulis personis diuinis; distinctis tamè proprietatibus, huic vel illi propria. Ad confirmationem respondetur, quòd in Filio proprietas est generari, in Patre verò generare: quòd ergo Filius non possit generare, est in discrimine proprietatis, quia eius non est vt generet; at verò in Patre, cuius est vt generet, si non generaret non obstarat proprietatis, sed impotètia. Ideòque rectè ait S. Augustinus impotentem futurum fuisse Patrem, nisi generaret.

B Spiritu Sancto non est potètia aut actiua, aut passiuam ad hoc possibile, scilicet vt Filius gignatur. Tunc respondendum est ad argumētum ex notatione alia, quòd in Spiritu Sancto est potentia notionalis realis, nò ad hoc possibile secundum proprietatē, sed secundum esse rei possibilis; quia potentia passiuam spirandi, quæ est in Spiritu Sancto, respicit ipsum esse rei possibilis, quæ est Filius. Nam Spiritus Sanctus proprietate relatiua est alia res possibilis distincta à Filio, sed secundum esse est idem; potètiã autem perfectio attenditur secundum esse rei possibilis; & idcirco eadem est potentia in singulis personis diuinis; distinctis tamè proprietatibus, huic vel illi propria. Ad confirmationem respondetur, quòd in Filio proprietas est generari, in Patre verò generare: quòd ergo Filius non possit generare, est in discrimine proprietatis, quia eius non est vt generet; at verò in Patre, cuius est vt generet, si non generaret non obstarat proprietatis, sed impotètia. Ideòque rectè ait S. Augustinus impotentem futurum fuisse Patrem, nisi generaret.

C Ad vltimum respondetur, quòd potètia notionalis in genere, cõmunis est tribus personis, sicut & omnipotètia: naturæ enim fecunditas, quæ est essentialis id quòd potentia notionalis significat, cõmunis est tribus personis: est enim ipsa ratio naturæ diuinæ, vt sit in personis per fecunditatem naturæ: quòd autem potentia notionalis sit generatiua, aut spiratiua, actiua aut passiuam, ad proprietates personales pertinet. Illa ergo fecunditas naturæ quæ essentialis est, est ipsa omnipotètia in radice, vt S. Thomas ait, quia vna & eadem fecunditas essentia est prima ratio, vnaque & eadem, à qua omnis emanatio realis ducitur.

D Ad vltimum respondetur, quòd potètia notionalis in genere, cõmunis est tribus personis, sicut & omnipotètia: naturæ enim fecunditas, quæ est essentialis id quòd potentia notionalis significat, cõmunis est tribus personis: est enim ipsa ratio naturæ diuinæ, vt sit in personis per fecunditatem naturæ: quòd autem potentia notionalis sit generatiua, aut spiratiua, actiua aut passiuam, ad proprietates personales pertinet. Illa ergo fecunditas naturæ quæ essentialis est, est ipsa omnipotètia in radice, vt S. Thomas ait, quia vna & eadem fecunditas essentia est prima ratio, vnaque & eadem, à qua omnis emanatio realis ducitur.

Hoc modo in Deo Patre generare non est possibile præalem potètiã, sed vt possibile significat modum intelligendi: Sicut Deum intelligere esse iustum &c. est possibile.

Replica.

Refutatur.

Potentia passiuam spirandi, quæ est in Spiritu Sancto respicit ipsum esse rei possibilis, quæ est Filius.

Potètiã perfectio attenditur secundum esse rei possibilis.

Ad confirm.

In Patre cuius est proprietatis generare, si nò generaret, nò obstarat proprietatis, sed impotètia.

S. August.

25.

Ad vltimum. Potentia notionalis in genere, cõmunis est tribus personis, sicut & omnipotètia.

Fecunditas naturæ est ipsa omnipotètia in radice, vt ait S. Thom.

Declaratur.



## CAPVT XXXI.

*Spiritus Sanctus non solum à Patre,  
sed à Filio quoque procedit.*

**C**VM tractatum sit de principio diuinæ processions, deque potentia notionali in genere, ventum est iam ad personas, quæ sunt processions principia. Ergo de Spiritu Sancto quærimus, an à Patre, & Filio procedat? Quod Spiritus Sanctus procedat à Patre, ad eum est certum, atque compertum, vt nullus qui diuinam eius processionem fateatur, de ea re possit merito dubitare: est enim Pater principium primum diuinæ processions; primo autem omnia ascribuntur. Ita vt per hoc ipsum, quod Spiritus Sanctus procedat à Filio, necesse sit à Patre etiam eum procedere, cum Filius à Patre sit. Imò etiam quod proximè à Patre procedat opus est: ibi enim est principium medium, vbi est operandi virtus distincta: est autem Patris, & Filij eadem omnino virtus, & potentia; ergo Spiritus Sanctus à Patre proximè, & absque medio procedit. Quamobrem Hugo Eterianus Patrem dicit esse ipsum primum principium rerum omnium, cum non solum res creatæ, sed personæ etiam diuinæ à Patre sint. Sed tamen circa id pronunciatum oportet attendere, quod principium rerum externarum significat actiuam vim quæ est Filio, & Spiritui Sancto communis; principium verò diuinæ processions, quod scilicet personam producit, significat relationem. Principium ergo primum vt est vis actiua, est ipsa Deitas; principium verò primum processions diuinæ, quod est quid relatiuum, est Pater. Quod si ex vtroque significato vnum nomen concresecat, quo principium vtroque modo primum indicemus, id etiam nomen proprium est Patris propter relationem primi adiunctam. Et hoc Eterianus voluit significare.

*Hugo Eter.*

*Primū principiū virtutē diuinam actiuā, & relationem originārem completens vt vniū nomē, est propriū Patris.*

*2.*

*Contra Græcos conclusio. Spirit. Sanct. procedit etiā à Filio.*

*Aliquorū ratio ex analo-*

*gia cum amo-*

*re creato.*

*3.*

*Questio ad eā praxia.*

*Forma mouētis est etiā mouens.*

*4.*

*Pro parte negante voluntatem ad suos actus moueri effectiuè ab intellectu.*

*1. argum.*

*5.*

*2. argum.*

*6.*

*1. dictum affirmat quoad voluntatis operationes naturales.*

*Fundament.*

*Ad 1. argum.*

**A** à rebus creatis ad diuina ducit: ea nobis quæstio prius est differenda, An amor creatus procedat à verbo?

Pendet autem quæsitum hoc à quæstione alia, alio loco impensius tractanda, Vtrum intellectus moueat per efficaciam, siue efficienter voluntatem? Hoc enim si daremus, concedere necesse esset quod verbum ipsum, quod est in intellectu, moueret etiam voluntatem efficienter; forma enim mouentis est etiam mouens. Loquimur autem de motione reali, & phisica, quæ scilicet est à principio actiuo; cum enim principium in diuina processione sit quasi actiuum, vt deducatur aliqua similitudinis ratio à verbo, & amore creato ad Verbum & Amorem increatum, de emanatione à principio actiuo agendum est.

**B** Videtur autem creatum verbum non esse actiuum principium dilectionis, aut amoris, eò vel maximè quod intellectus non moueat efficienter voluntatem. Primò probatur, quia motus est appetentis: quare appetitus ipse est per se mouens; ergo non mouetur ab intellectu efficienter. Consequentia probatur, quoniam intellectus operatione antecedit voluntatem: ergo si intellectus efficienter mouet, est absolutè primum mouens; sed primum mouens est per se mouens; ergo si intellectus mouet voluntatem, sunt duo per se mouentia, quorum vtrūque alterum per se moueat, quod est impossibile.

**C** Deindè motio transiens necessariò est ab appetitu; est enim propter finem quod est objectum appetitus: ergo ante ipsam operationem appetitus nulla est motio transiens; sed quod vna potentia moueat aliam est motio transiens; ergo intellectus non mouet voluntatem, saltem ante primam operationem voluntatis.

**D** Dicendum tamen est, intellectum mouere posse voluntatem ad actionem naturalem: sicut enim in creatione animæ ordine quodam realis emanationis voluntas ab intellectu emanat; ita & actus naturalis voluntatis, qui consequitur naturam ipsam, videtur ab intellectu operatione profluere: hoc autem necessariū est, vt voluntas quæ est in potètia reducatur in actū, quod supra admonuimus. Neque argumenta proposita obstant; ibi enim assumitur propositio, quod appetitus

gia cum amo-

re creato.

3.

Questio ad eā

praxia.

Forma mouētis

est etiā mouens.

4.

Pro parte negante

voluntatem ad suos

actus moueri

effectiuè ab in-

tellectu.

1. argum.

5.

2. argum.

6.

1. dictum affirmat

quoad voluntatis

operationes natura-

les.

Fundament.

Ad 1. argum.



Appetitus est primū mouēs motionē sui ad finē, seu libera non naturali.

Ad 2. argum.

Motio trāsies intellectus est propter finem expetitū liberē ab auctore natura.

2. dictum. negat quoad voluntatis operationes liberas. Probat ut supra.

Probat ut supra. Liberum de i-nitur id, quod est causa sui. S. Thom. Aristotel. S. August.

Responsio.

Refellitur.

Confirm. Prima causa effica operatio nis libera & cōtingētis, est voluntas, nō intellectus. Declaratur.

petitus sit primum mouens; & id quidē verum est, cum quidpiam se mouet ad finem; finis enim est obiectum appetitus: sed actus voluntatis naturalis non est ad finem, quia adhuc non est liber. Quod autem opponitur de actione transeunte quæ est propter finem, facile confutatur: nam operationes naturales, ante finem per actum liberum expetitum, referuntur in finē ab auctore natura, qui liberē operatur. Et ita intellectus actione transeunte mouet voluntatem propter finem expetitum ab auctore natura, vt possit deinde volūtas mouere se motu libero: nisi enim prius moueatur motu naturali, non poterit se motu libero mouere.

Quare & illud secundo loco est asserendum, non posse voluntatem moueri ab intellectu vt à principio actiuo, quando illa operatur liberē: & hoc comprobant argumenta ista. Deinde etiam probatur, Liberum enim est quod est causa sui, vt S. Thom. docet 1. cōtra gent. cap. 88. ex Aristotel. in princ. Metaphys. scilicet causa suæ primæ operationis; dicitur enim causa sui, quod causam non habet, sicut S. August. ait Patrem esse sibi causam vt sit, quia non est ab alia causa; ergo in prima operatione libera voluntas est prima forma operandi, & non intellectus. Quomodo enim voluntas est causa sui, si intellectus voluntatis est causa? Neque expedit argumentum illa respōsio, quod liberum est causa sui, vt liberum comprehendit ipsum arbitriū quod voluntatem mouet. Nam arbitriū non est formalitèr liberum, sed volūtas; absurdū ergo est definitionē liberi, scilicet quod sit causa sui, attribuere arbitrio; & negare voluntati, quæ est formalitèr libera. Hoc ipsum confirmo, Prima enim causa effica operationis libera & illius contingentia quæ à libertate pendet, est voluntas; ad voluntatē enim referimus contingentiam vt ad causam efficacem, ideoque nos liberos esse natura ipsa duce existimamus; quia scimus facturos nos id esse quod voluerimus, vel nō facturos quod noluerimus. Quod si intellectus moueret efficacitèr, siue efficientèr voluntatem, ipse esset causa effica libera operationis, & contingentia illius quæ à libertate pendet; actumque esset de libertate, neque enim velle, & non velle esset in voluntate positum, sed

**A** intellectu instigante necesse esset id velle ad quod intellectus impelleret. Neque est de hac re nobis dubium vllum, et si oculis intueamur viros doctissimos præ ingenij dexteritate aduersas partes tutos. Et quidem contra S. Thomam satis apertè, vt alio loco disputabim⁹. Quare cum S. Thom. 1. p. q. 27. art. 3. ad 3. ait amorem procedere à verbo, siue à conceptione mentis, nō intelligit quod procedat à verbo vt à principio actiuo, sed finali. Nam S. Thom. vult ibi ordinem esse processionis inter verbum, & amorem, vt ordine natura processio verbi antecedit processionē amoris. Ad quē ordinem satis est vt amor procedat à conceptione mentis in quocunque genere principij, vel causæ: est autem genus causæ finalis, quia amor sequitur apprehensionem intellectus ex parte finis, quem ipse intellectus proponit. Aut sane loquitur de operatione naturali voluntatis: quod tamen non credimus existimantes per actionem naturalem non procedere amorem. Quare cū S. Th. loco citato, ait de ratione amoris esse vt non procedat nisi à conceptione intellectus, intelligendus est non de processione à principio actiuo, sed finali.

**B** **C** **D** Vt autem veniamus ad quæstionem de rebus diuinis, videtur quoque hoc pertinere ad analogiam diuinæ processionis cum rebus creatis; quod sicut in operatione voluntatis saltem naturali amor procedit à verbo: ita & in Deo per dilectionem naturalem procedat Spiritus Sanctus à Filio, vt verus Amor à diuino Verbo. Nihilominus non credimus esse hīc eam analogiam; quia, vt diximus, per dilectionem naturalem, quæ sola est ab intellectu vt à principio actiuo, nō procedit in nobis amor; dilectio verò libera, per quam procedit amor, non est ab intellectu, vt à principio actiuo. Præterea quod actus volūtatē naturalis profuatur ab intellectu operatione, accidit ex imperfectione voluntatis creatæ, quæ est potētia distincta ab actu, & necesse est quod ab alio agente reducatur in actum, vt antea docuimus: aliàs intellectus nullum ordinem habet actiui principij ad operationem voluntatis, cuius non est forma. Igitur in diuina voluntate, quæ est potentia cum suo actu coniuncta, non ideo necesse est deriuari Amorem à Verbo, quia & in nobis

Notandum.

S. Thom. Explicatur 1. Amor à verbo, seu ab intellectu ex parte finis præcogniti.

2. Explicatio.

Reijcitur.

8. Superest ratio ex analogia cū dilectione creata naturali.

Improbatur 2. Non esse hīc eam analogiam. Ostenditur ex dictis.

Improbatur 2.

Diuina voluntas est potētia cum suo actu coniuncta.



id accidit. Sed aliunde petenda est ratio istius veritatis. Quamobrem vt ostēdamus Spiritum Sanctum procedere à Verbo diuino, minimè opus fuit recurrere ad analogiæ rationem, quòd amor quoque creatus à verbo procedat: verbum enim habet rationem termini operationis, & non principij: Verbum ergo diuinum est principium Spiritus Sancti, non quatenus Verbum est, sed quatenus diligens est; nam & Pater principium est Spiritus Sancti quatenus diligēs est, non quatenus intelligens: ergo in Verbo diuino vt per hoc nomē significatur, non indicatur ratio principij, à quo Spiritus Sanctus procedit; sicut neque Pater sub ratione loquētis, principium est Spiritus Sancti; sed sub ratione diligentis. Ergo potius conducit ad analogiam inter res creatas & diuinas, quòd ab intellectu, & Verbo non procedat amor, vt à principio actiuo: Verbum ergo diuinum est principium Spiritus Sancti, non quā Verbum, hoc est, non quatenus operationis terminus; sed quatenus persona subsistens per primam processionem, quæ est principium secundæ processionis.

Verbum vt sic est terminus, vt diligens, est principij processionis.

Conducit ad analogiam inter res creatas & diuinas quòd ab intellectu & verbo non procedat amor vt à principio actiuo.

9. S. Thom. Explicatur vt supra.

Solū vult ordine nature processionē verbi esse priorē processionē amoris.

S. Damasc. explicatur.

10. Cōclusio posita cōtra græcos

Cum ergo S. Thom. 1. p. q. 36. art. 2. probat Spiritum Sanctum procedere à Filio, quia amor etiam in nobis procedit à verbo; non affirmat amorem in nobis à verbo procedere in genere causæ efficientis; sed agit duntaxat de ordine processionis: ordo enim est nature, vt prius procedat verbum, at verò ab intelligēte, & verbo procedit amor, quoquomodo procedat: ergo Spiritus Sanctus cum sit terminus secundæ processionis procedit à Patre, & Verbo, quæ sunt personæ primæ processionis: quo etiam pacto intelligēdum est, quod docet S. Ioannes Damascen. lib. 7. fid. Ortod. cap. 7. *Oportet autem & Verbum ipsum, spiritum habere.* Hoc autem confirmatur, quoniam etsi intellectus creatus voluntatem moueret; hoc ideo ponēdū esset, eo quòd volūtas creata sit in potentia ad actum, & indigeat motore; non quòd intellectus ex propria ratione sit principium dilectionis, cum eā non eliciat. Quare intellectum diuinum nullo modo ponimus vt principium spirationis, quæ est per voluntatem.

Igitur contra græcos Spiritum Sanctum procedere etiam à Filio, ostendē-

A dum est cum S. Thom. 1. p. q. 36. art. 2. & in 1. d. 11. art. 1. & de pot. q. 10. art. 4. & Opusc. 1. cap. 49. 50. 51. & Opusc. 2. cap. 49. & 4. cont. gent. capit. 24. & 25. probaturque illud efficacissimo argumēto, quo S. Thom. vtitur; quia si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non distingueretur ab illo: quod assertum infra iusta quæstione propugnabimus. Ideoque Græci à se ipsis inscij dissētibant; eò quòd Spiritum Sanctum à Filio distinguerent, & negarent esse inter vtrumque processionem, quæ est prima ratio distinctionis inter personas diuinas.

B Deinde probatur ex ordine ipso processionum. Nam processio quæ est per intellectum, antecedit eam quæ est per voluntatem; cum ergo Filius procedat per primam processionem, necesse est vt accipiat à Patre omnem Patris potētiam, & virtutem; ergo ab eodem habet spiratiuam potentiam, qua Spiritum Sanctum spiret. Et confirmatur, quia nunquam deest ordo in processione multitudinis, nisi in ijs quæ differunt materia; quod est argumentum S. Thom. 1. p. cum ergo in rebus diuinis non sit materia, necesse est singulas res procedentes habere inter se ordinem processionis: ergo Spiritus Sanctus cum Filio ordinem habet processionis; sed Filius nō procedit ab Spiritu Sancto, vt perspicuū est; ergo Spiritus Sanctus procedit à Filio. Explicatur hoc etiam in processione verbi, & amoris in rebus creatis: nam sicut cognitio antecedit dilectionē, ita & verbum per cognitionem procedēs antecedit amorem per dilectionem procedentem. Et quoad hoc valet argumentum, quòd amor in nobis procedat à verbo quocunque genere processionis, vt declaratum est: ergo & Amor diuinus à Verbo procedit.

C Tertiò confirmatur, quoniam Filius habet naturam communicabilem omni modo possibili; hæc enim communicabilitas est argumentum diuinæ infinitatis: sed Filium communicare se spirādo, est quid possibile, cum nulla sit repugnantia; ergo ita certè se se communicat: in æternis enim eadem quæ possunt esse, necessariò sunt: & hoc est euidentissimum argumentum, cum enim in Filio sit diuina omnipotētia, vt supra declarauimus, neque obstat proprietas Filij

D

S. Thom. Probatur. 1. efficacissimo arg. S. Tb.

11. Probatur. 2. ex ordine processionum. Filius in prima, accipit virtutē spiratiuā.

Confirm. Nunquā deest ordo in processione multitudinis, nisi in ijs, quæ differunt materia. S. Thom.

Explicatur in processione creataverbi, & amoris.

12. Probatur. 3. Filius communicat naturam omni modo possibili, atque adeo spirando.



S. August. sic arguit de Patre.

13. Probatur. 4. ex unitate Dei tatis.

14. Obiectio.

Responsio.

Spiratio actiua ut sit Patri cum Filio communis satis est illam distingui sola ratione formali a generatione.

Coc. Florët.

Filij quominus possit spirare, nisi spiraret, non esset omnipotens; quod S. Augustin. de Patre dixit, nisi generaret non esset omnipotens.

Denique probatur ex unitate diuinæ naturæ, in qua nihil est diuisum, nisi media intercedere origine; sed spirare Spiritum Sanctum est in Patre, & non spirat gignendo, cum sint origine distinctæ: ergo ipsummet spirare est in Filio.

Quod si obijcias generationem, & spirationem actiuam esse rem eandem, & ideo spirationem non communicari Filio, sicut neque generationem. Respondendum est hoc quidem verum esse, quod sint res eadem, sed tamen eas esse duas origine rationibus formalibus distinctas. Quamobrem sicut natura diuina, quæ sola ratione formali distinguitur à Paternitate, communicatur Filio; & non communicatur Paternitas: ita & spiratio actiua est Patri cum Filio communis, etsi sola ratione formali a generatione distinguitur: quia ad hoc ut vnum sit communicabile non aliud, satis est quod vnum non includatur in ratione formali alterius. Cum igitur spiratio non includatur in generatione, etsi generatio sit soli Patris qua distinguitur à genito, quia ab eo procedit; spiratio qua genitum non procedit, neque illos distinguit, etiam in genito agnoscenda est. Et idcirco Concil. Florent. sect. vltima decreuit, omnia Patrem dedisse Filio præter esse Patrem.

CAPVT XXXII.

Idem probatur ex sacris literis, & Patribus, & concilijs.

1. Quod Sp. Sanctus procedat à Patre. Ioan. 15. v. 26.

Quod à Filio probatur. Ioan. 16. n. 14.

Quod Spiritus Sanctus à Patre procedat verbis iisdem declaratum est Ioan. 16. Spiritus veritatis qui à Patre procedit. Non iisdem autem verbis de Spiritu Sancto hoc dictum esse legimus in sacris literis: per ea tamen significatum est quæ veniunt in sensum eundem. Cum enim de Spiritu Sancto Christus Dominus loqueretur Ioan. cap. eod. Ille, inquit, me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Diuinus quippe Spiritus cum sit verus Deus nihil potest à Filio accipere nisi diuinum; accipit ergo diuinam naturam à Filio, ab eodemque procedit; accipere enim naturam procedere est. Ibidemque, ex se-

rie dictorum, Spiritus dicitur à Filio accipere scientiam, ut exponunt S. Ioannes Chrysof. S. Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, & alij. Quod autem quasi in tempus futurum dicitur (accipiet) moris est apud Hæbræos ut ea quæ sunt æterna quouis tempore significant præterito, præsentem, aut futuro: quare S. August. in hunc locum ait, erit, fuit, est; erit, quia nunquam deerit; fuit, quia nunquam defuit; est, quia semper est. Theophylactus quia fuit in partibus Græcorum explicat hunc locum, de meo accipiet, id est, de meo thesauro, qui est Pater: quasi verò non accipiat etiam à Filio, cuius esse quoque thesauros sapientiæ Paulus affirmat ad Coloss. 2. quod si à thesauro Filij accipit, profectò à Filio accipit.

Hoc idem confirmatur ex ijs quæ sequuntur apud Ioan. Omnia quacunque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi vobis quia de meo accipiet, & enuncabit vobis. Vbi Christus Dominus idem exponebat argumentum; si ea (inquit) mea sunt quæ sunt etiam Patris, qui accipit ea quæ Patris sunt, quæ mea quoque sunt necesse est accipiat & à me, sicut à Patre: nam qui mea accipit, à me accipit. Quæ cõsequentiâ Theophylactus plane coarguitur, eodemque argumento S. Augustin. vsus est 2. de Trinitate. cap. 3. & hac maximè ratione cap. præcedente Spiritum Sanctum procedere à Filio probamus: quia ipsam potètiã spirandi accipit Filius à Patre. Conciliũ Florent. sect. vltima de processione Spiritus Sancti. Quoniam (inquit) omnia quæ Patris sunt ipse Pater unigenito suo gignendo dedit præter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre æternaliter habet. Quod præcipuè interpretandum est de potètiã spirandi. Itaque nisi eam etiam haberet à Patre, falsò testatus esset, Omnia quacunque habet Pater, mea sunt.

Adhuc probatur ex loco eodem, Nō enim loquetur à semetipso, sed quacunque audiet, loquetur. Per hoc quippe quod dicitur, non loquetur à semetipso, indicator Spiritum Sanctum non esse improcessibilem ut Pater est, sed ab alio accipere scientiam, qua præditus loquitur: ergo cum subijcitur, quacunque audiet, loquetur, significatur diuina eius processio,

Chrysof. S. Cyrill. Theophyl. Euthym. Hebraismus.

S. August.

Theophyl. interpretatio pro Græcis. Refutatur.

Ad Cor. offens.

2. Confirmatur Refutatio. Ioan. 16. n. 15. à Patre habet Filius potètiã spirandi.

S. August.

Coc. Florët.

3. Probatur 2. Ioan. 16. n. 13.



processio qua scientiā accipit; hoc enim est audire quæ dicenda sunt: procedit ergo à Filio à quo scientiam dicitur haurire, & accipere.

4.  
Probatur 3.  
Ioan. 15. 26.

Idem testantur verba cap. istius: *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre.* Filius enim non mittit Spiritum Sanctum quasi seruum: sed ideo dicitur mittere, quia Spiritus Sanctus per diuinam processionem accipit à Filio ea quæ ad nos affert; neque alius mittendi modus excogitari potest, qui quadret diuinis personis.

5.  
Probatur 4.  
Rom. 8.  
Ad Galat. 4.

Denique probatur ex eo, quod Spiritus Sanctus dicitur Spiritus Christi, & Spiritus Filij Dei; Rom. 8. *Si quis spiritum Christi non habet, &c.* Et ad Galat. 4. *Misit Deus spiritum filij sui.* Persona enim queuis nõ dicitur esse alterius, nisi propter seruitutem, aut processionem, vt Filius genitus dicitur esse Patris; sed Spiritus Sanctus non est seruus Filij; ergo est à Filio procedens. Et in eodẽ sensu, quod dicitur Spiritus Patris, dicitur etiam Spiritus Filij; id est, à Filio procedens, sicut & à Patre. Præterea cum dicitur Spiritus Filij, relatio indicatur personæ ad personam; sed relatio personæ diuinæ habet fundamentum in processione: ergo relatio qua Spiritus Sanctus dicitur Spiritus Filij, eius processionem à Filio ostendit. Quo sensu accipiuntur verba illa, *Spiritus veritatis*: id est, Spiritus Filij, qui est veritas. Origen. quoq; Roman. 8. ex illo loco recitato videtur colligere processionem Spiritus Sancti à Filio. S. Augustin. lib. 3. in Maxim. cap. 14. & S. Cyrill. lib. 12. in Ioan. cap. 56. non infirmum argumentum afferunt ex re gesta à Christo Domino, qui Actor. 20. fertur insufflasse, id est, afflasse discipulos, & dixisse, *Accipite Spiritum Sanctum.* Quod significaret Spiritum Sanctum à se procedere, sicut afflatum ab eius sacro ore emissum excipiebant. Vide S. Anselmum lib. de processione Spiritus Sancti; & S. Thom. in Opusc. de erroribus Græcorum. Quod tamen argumentum videtur fuisse à S. Athanas. acceptum, vt refert Adrianus Papa primus in scripto ad Carolum Magnum, actione 5. tomo 3. concil. pag. 606.

Origen.  
Probatur 5.  
S. August.  
S. Cyrill.

ex Act. 20.

S. Anselm.  
S. Thom.  
Est argument.  
S. Athanas.  
Adrianus.

6.  
Pro hac veritate Patres Latini

Eadem sententia Patrum consensu firmatur, nihil enim concordius & Græci, & Latini Patres testatum esse voluerunt, vno aut altero de Græcis Patribus

A à communi sententia discedentibus, vt dicemus. Ex Latinis Tertullianus lib. contra Praxeam, Spiritum Sanctum inquit à Patre per Filium deduci. S. Cyprianus serm. de aduentu Spiritus Sancti, *Spiritus Sanctus procedens à Patre & Filio, quaternario superfertur, &c.* S. Hilar. 2. de Trinit. Patrẽ, & Filiũ vocat Sp. Sancti auctores; auctor autem idẽ est quod principium, vt diximus supra. S. Ambros. lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 12. affirmat Spiritum Sanctum omnia accipere à Filio. S. Hieron. ad Hedib. q. 9. Spiritum Sanctum à Patre & Filio mitti, & Patris Filijque Spiritum dicit. Ruffinus in explicatione Symboli, Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere. S. Augustin. tract. 99. in Ioan. *Cur (inquit) non credamus, quod de Filio quoque procedat Spiritus Sanctus, cum & Filij ipse quoque sit Spiritus?* Et idem repetit lib. 15. de Trinitate cap. 17. 26. & 27. S. Prosper. de vita contemplatiua lib. 1. cap. 18. & iisdem S. Augustini, & S. Ambros. temporibus Prudentius vir clarissimus de Spiritus Sancti processione à Filio non siluit, libro quem inscribit Hamartigenia ad finem, vbi Christum colloquens sic ait,

C

*O Dee Chrõste*

*Cui ab ore Deus subsistit Spiritus vnus.* Quibus verbis sincerè confitetur Spiritum Deum ab ore Christi, qui est Filius Dei subsistere, scilicet per diuinam processionem, & S. Gregor. lib. 2. Dialog. cap. vltimo eandem confessionem exprimit; quod faciunt non dissimiliter Magnus Leo in Epistola 91. ad Turbiũ, & S. Fulgent. de fide ad Petrum cap. 2. Boetius lib. 1. de Trinit. cap. 12. Beda lib. de de elementis Philosophiæ; Hormisda Papa Epistola ad Iustin. Imperatorem cap. 2. S. etiam Martialis initio primi Tomi Bibliothecæ Patrum, Epistola 10. idem testatur, alijque passim Latini patres: quorum innumera testimonia refert Genadius, sicut & plurima ex Græcis.

D

Quia verò quæstio nobis est cum Græcis, studiosius Græcorum quoque placita in hanc sententiam commemorantur. S. Athanas. non solum in suo Symbolo, sed etiam serm. 4. contra Arium, Spiritum Sanctum à Filio procedere asseuerat: & Epistola ad Serapionem oppugnat Macedonium quod Spiritum Sanctum Deum

Tertull.  
S. Cyprian.

S. Hilar.

S. Ambros.

S. Hieron.

Ruffinus.

S. August.

S. Prosper.

Prudent.

S. Gregor.

Mag. Leo.

S. Fulgent.

Boetius.

Beda.

Hormisda.

S. Martial.

7.  
Patres Græci.

S. Athanas.



S. Anast. Antioch.

S. Basl.

1. locus.

2. locus.

3. locus.

S. Greg. Ny.

Explicatur.

Nomine cause principii intelligere, mos Græcorum. Nazianz.

Cyrill.

Deum negabat; probatque Spiritum Sctum Deum esse, quia à Filio procedat, sicut Filius à Patre: & S. Anast. Antioch. lib. 1. de rectis fid. dogmat. ait dici spiritum oris, quia os Patris est vnigenitus. Ipse (inquit) spiritus & ab ipso procedit & nititur; non à solo Patre, sed & à Filio. At Magnus Basilius, dum Eunomium arguit qui Spiritum Sanctum negabat procedere à Patre, sed à solo Filio procedere assererat. Nulla (inquit) Filij operatio à Patre dissecta est, nec est aliquid in rerum natura quod Filio adsit, & à Patre alienum sit, omnia enim (inquit) mea tua sunt, & tua mea sunt. Est ergo inter Patrem & Filium ita communis processio, sicut & natura; ita vt ab altero seorsum Spiritus Sanctus nequeat procedere, sed ab vtroque. Et lib. 3. ait Spiritum Sanctum à Filio habere esse, & Filium esse causam illius, id est, principium. Et lib. 5. vt se habet Filius ad Patrem, ita se habere Spiritum Sanctum ad Filium. Quibus omnibus verbis processio Spiritus Sancti à Filio aperte indicatur. S. Gregor. Nyssenus in lib. ad Alabium. Credimus (inquit) aliud quidem causam esse, aliud autem ex causa, & ex eo quod ex causa est. Quibus verbis tres diuinas personas significat; non quod ea sint aliud, & aliud secundum substantiam: sed ratione illius quod est principium, & quod est à principio. Aliud ergo est principium, hoc est Pater, qui duntaxat principium est; aliud verò à principio, scilicet prima processione emanans, qui est Filius; aliud verò est ex eo quod est ex principio, scilicet ex Filio qui est à Patre, & hoc est Spiritus Sanctus. Igitur haud dubie affirmant Spiritum Sctum esse à Filio, vt à principio; quod tamen principium, scilicet Filius, fit quoque à principio, scilicet à Patre; nomine autem causæ principium intelligit more Græcorum. S. Gregor. Nazianz. oratione 5. Theolog. tres diuinas personas Adæ, Eux, & Seth, comparat; eò quod Eua ex Adam ortu ducat, Seth verò progenitus sit ab vtroque: sicut & à Patre Filius, Spiritus verò Sanctus ab vtroque procedat. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 17. negat Spiritum Sctum esse flatum ore emissum Patris, & Filij: sed esse substantialem spiritum loquentem & operantem. Vbi videtur non obscure in eo consentire, quod Spi-

ritus Sanctus ab vtroque procedat, sed non vt flatus in aera diffusus. S. Ioan. Chrysof. in Symbol. homil. 1. Iste est (inquit) Spiritus Sanctus de Patre, & Filio procedens. Et eadem affirmat hom. 2. Sanctus Epiphani. de Hæresibus hæresi 69. iterum atque iterum ait Spiritum Sanctum procedere, & à Patre, & à Filio accipere, Ioannis vsus verbis. Sed pag. 351. significantius dixit Spiritum Sanctum ab vtrisque, id est, ab vtroque procedere. Et in Anchorato affirmat Spiritum ex Patre, & Filio spirare, quod nos dicimus spirari: fortè loquitur S. Epiphanius ducta similitudine ab odore spirante, id est, emissio à floribus; quo in loco communem processionem Spiritus Sancti à Patre, & Filio manifestè expressit, & eodem lib. Spiritum ait esse à Christo, & esse lumen tertium à Patre, & Filio: & ibidem iterum quod ex Patre, & Filio est: & quod ex Patris, & Filij substantia. Legitur in Concil. Florêt. Ioannes disputans pro Latinis argumentum huiusmodi proposuisse Marco Episcopo Ephesino Græcas partes propugnanti; Spiritus Sanctus est à Filio; ergo procedit ab eo: negasseque Marcus antecedens, quod Spiritus Sanctus, scilicet à Filio esset, cum consequentiam firmam esse intueretur. Tunc verò Ioannes protulisse sententiam S. Epiphanius quod Spiritus Sanctus sit à Filio, aperte conuincens aduersarium propter summam S. Epiphanius apud Græcos reuerentiã. At verò S. Antoninus 3. p. tit. 22. capit. 11. narrat interfuisse se actioni Concil. Florent. in qua similiter Græci auctoritate S. Basilij deueniunt, Græcosque causatos esse, codicem esse corruptum; allatisque pluribus codicibus Græcorum locum integrum inuentum esse: fuit enim momenti maximi apud Græcos S. Athanasij, S. Basilij, & S. Epiphanius sententia. At verò Didymus lib. 2. de Spiritu Sancto inducit Christum Dominum de Spiritu Sancto loquentem, Nō loquetur (inquit) de semetipso, quia non à se est, sed ex Patre & me est. Esse autem à Filio, procedere est. S. Cyrillus Alexandr. lib. 11. in Ioan. cap. 1. de Spiritu Scto disputans, Cum (inquit) per Filium naturaliter procedat vt proprius eius, cum omnibus quæ absolute habet, accipere dicitur quæ ipsius sunt. Eleganter quidem scribit

Chrysof.

S. Epiphanius 1. locus.

Secundus.

Tertius explicatur.

quartus.

Ioan. apud Concil. Flor.

Arguens ex S. Epiphanius.

S. Anton. de S. Basl. auctoritate quadam.

8. Didymus.

S. Cyrillus.



scribit Spiritus Sancti processionem à Filio; tum quòd accipiat absoluta & essentialia, non verò proprietatem Filij; tum verò quòd per eandem processionem Spiritus Sanctus sit proprius Filij, id est, Spiritus Filij, sicut & Filius Patris proprius est: modus enim hic dicèdi processionem significat, vt diximus. Nec est spernenda auctoritas Simeonis Metaphrastis, qui in referenda vita Dionysij Christum ait misisse spiritum ab ipso procedentem. Eandem fidem profiteatur Tharastius in Epistola quadam, quæ legitur in Synodo 7. actione 3. Eandem S. Maximus Zachariæ 4. vbi ait Spiritum Sanctum à Patre per Filium procedere, esseque Spiritum Filij, sicut & Patris secundum essentiam; vbi processio secundum essentiam, & naturam facile perspicitur.

Eidem veritati fidem faciunt plurimæ aliæ Patrum Græcorum sententiæ, qui vno ore atque animo prædicant Spiritum Sanctum procedere à Patre per Filium, vt significant Patrem quidem esse principium sine principio; Filium verò esse principium à principio, ita vt Pater operetur per Filium, quòd postea explicandum est. Sed tamen in eo quòd aiunt Spiritum Sanctum per Filium procedere, ipsum quoque Filium principium ponunt; id enim per quòd aliquid procedit rationem habet causæ, siue principij: meritòque huius sententiæ fuisse credendus est S. Ioan. Damascen. qui etsi doceat non à Filio, sed per Filium procedere, intelligit tamen processionem eius à Filio significari melius cù dicitur, per Filium, ne Filius credatur primum principium processionis quòd est Pater, vt ipse declarat 1. lib. fid. Orthod. cap. 11. Cùm aliàs in historia duorum Christi militum non longè à medio, haud dubiè pronunciet: *Vnum scias Spiritum ex Patre Filioque procedentem Deum perfectum.* Quòd adnotauit Sixtus Senensis lib. 6. Bibliothecæ annotatione 587. Quare Eugenius etiam Papa in literis sanctæ vniuersionis declarat Græcos Patres dicentes Spiritum Sanctum procedere per Filium, non re ipsa, sed verbo tenus à Latinis discrepare; vt obseruat etiam Magister in 1. Sed tamen Græci Schismatici longè alio sensu ea verba accipiebant, vt declinarent veritatem processionis à Filio, dicebantque Spiritum

A Sactum procedere per Filium, id est, per Filij merita nobis communicari; quæ interpretatio noua fuit, sicut & hæresis noua negantium processionem à Filio: quòd esse Hereticorum inuentum testatur Hugo Etherianus libr. 1. de Spiritu Sancto, neque vsquam id apud antiquos Patres auditum fuisse. Præter Hugonè Genadius etiam Patriarcha Còstant. in expositione Concil. Florentin. multa affert ex Patribus: & propositionè, per, significare causam, siue principium discretè comprobat sect. 2. & 3.

B Ergo iuxta literarum sacrarum sensum, communemque Patrum sententiam, ab Ecclesia sancitum, definitumque est Spiritum Sanctum non solum à Patre, sed à Filio etiam procedere, scilicet Cælestino Papa 1. in Concil. Ephes. tom. 1. cap. 14. quòd celebratum est in Alexandria, in quo concilio Epistola Cyrilli ad Nestorium Concilij Præsidentis refertur; eademque nomine concilij ad Nestorium mittitur: sunt autem hæc verba Cyrilli, *Spiritus veritatis appellatus est, & veritas Christus est, vnde & ab isto similiter sicut ex Patre procedit.* Eademque Epistola approbatur à 4. Synodo generali actione 5. & à Synodo 5. actione vltima, & à 6. Synodo actione 27. & itè à Synodo 7. actione 7. In quatuor ergo concilijs hæc veritas tanquam catholica habita est, & recepta. Item probatur ex additamento Symboli, quòd absque dubio Ecclesiæ auctoritate adiectum est, vt cap. sequenti enarrabimus, cum enim antea in Symbolo legeretur, *& in Spiritum Sanctum, qui ex Patre procedit,* additum est, *qui ex Patre Filioque procedit.* Cum qua adiectione legitur Symbolum in Còcilio generali: quauis Græci in Concil. Florent. sess. 5. & 7. negarent ita legi in suis exemplaribus; erant enim corrupta à Recentioribus. Sed Latini protulerunt codicem antiquissimū illius concilij in quo illa particula, *Filioque,* adiecta legebatur. Pronunciatur eadè fides in Symbolo S. Athanasij quòd temporibus S. Gregor. Nazianz. in toto Oriente, Occidenteque celebratum erat ac veneratum, vt testis est Nazianz. in oratione de laudibus S. Athanasij; cuius quoque Symboli sententijs, vt catholicis dogmatibus, vtitur S. Augustin lib. 5. de Trinitat. cap. 8. & Enchirid. cap. 36. & Psalm. 110. ait illud esse Sancti Athanas.

D

interpretatio noua, & hæretica.

Hugo Ether.

Genadius.

10.

Cælest. Papa Còcil. Ephes.

4. Synodus Generalis.

5. 6. 7. Synod.

Additamentum Symboli in 7. Conc. gener.

Græcorum responsio in Còc. Florent.

Refellitur.

Symbolum S. Athanasij Nazianz.

S. August.

Metaphrast.

Tharastius.

S. Maximus.

Patres Græci vniuersim assentes, Sp. Sanctum procedere à Patre per Filium.

S. Damasc. explicatur.

Sixtus Sen.

Eugenius declarat Græcos Patres à Latinis verbo tenus discrepare.

Magister.

Græcorum Schismaticorum in



Athanas. Symbolum. Eadem quoque doctrina proposita est, & firmata in pluribus Concilijs Latinis, in quibus & Greci aderant, & Latini. Nam apud Barum S. Anselm. in quodam Concilio disertissime Græcos coarguit, ut ipse testatur lib. de processione Spiritus Sancti cap. 4. In Concilio etiam Lateran. sub Innocentio 3. accedente Græcorum consensu, capit. 4. & adhuc sub Gregorio 10. ubi Græci pariter, & Latini Symbolum cum illa adiectione, *Filioque*, tertio etiam decantarunt. Idemque pronuntiatum est in pluribus Concilijs Toletanis, in 1. cap. 21. approbato à Leone 1. Item in 3. 4. 8. & 11. primis quibusque capitulis. Quæ definitiones antecessere annum Domini 900. ante celebre illud dissidium agitarum de questione hac inter Latinos, & Græcos. Definitaque est hæc catholica veritas contra Græcos in Concil. Lateran. 2. & in Concil. Lugdunens. & leguntur definitiones cap. Firmiter, & cap. Fideliter de summa Trinit. quod scilicet Spiritus Sanctus non à solo Patre, sed à Patre Filioque procedat. Et novissimè in Concilio Florentino.

S. Anselmus in quodam Conc.

Concil. Lateran.

Conc. Tolet.

1. 3. 4. 8. 11.

Conc. Later.

C. Firmiter,

Conc. Lug.

C. Fideliter.

Conc. Flor.

CAPVT XXXIII.

Refelluntur argumenta Græcorum ab auctoritate Patrum, aut Ecclesie petita.

1.

Quoniam hæc controuersia ingètes habet difficultates, quæ per capita sequentia superanda sunt; ea sola argumenta, quæ occurrunt circa sententias aliquas Patrum, & definitiones Conciliorum, quorum auctoritatem nobis vèdicauimus cap. superiori, visa sunt hoc sequenti cap. esse refellenda.

2.

1. argum. ex Euangel. Ioannis.

Primò igitur arguitur. Apud Ioannè traditur processio Spiritus Sancti de Patre, non verò de Filio; ergo credendum non est id fuisse omissum à Christo Domino, cum Spiritus Sancti processione palàm doceret.

3.

2. arg. ex Patr. S. Dionys. S. Basily 1. locus.

Deinde S. Dionys. cap. 2. de diuinis nomin. *Solus* (inquit) *fontis supersubstantialis Deitatis est Pater*. Et S. Basily Epistola 43. *Nullam* (inquit) *secundam propriam notionem, communionem habet Filius cum Patre*: sanè cum spiratio actiua sit quedam notio, ut dicemus libr. 4. videtur S. Basilius negare

eam esse communem Patri, & Filio. Et ibidem asserit Spiritum Sanctum ex Patre quidem habere subsistentiam, per Filium verò innotescere; innotescere autè nò est procedere. S. quoque Gregor. Nazianzen. in oratione ad Episcopos Ægypti: *Omnia* (inquit) *quæ habet Pater, habet etiam Filius, excepta causalitate*. Ergo Filius non est causa, siue principium Spiritus Sancti. Iam verò S. Ioannes Damascen. lib. 1. fid. Orthod. cap. 11. *Spiritum* (inquit) *per Filium esse dicimus, de Filio non dicimus*. Theophylactus verò clariùs in cap. 3. Ioannis ait Latinos malè exponentes sacrum Euangelium, & minùs rectè intelligentes dicere Spiritum Sàctum à Filio procedere. Quod idem sentit Euthymius in illud Ioan. 14. *Ego rogabo Patrem*. Constantè verò tuetur partes Græcorum Theodoretus lib. contra Anathematismos Cyrilli. Ergo iuxta horum Patrum sententiam Spiritus Sanctus non procedit à Filio. Et quod maius est Mar. Vict. lib. 1. contra Arium, ait Spiritum Sanctum esse matrem Iesu supra & deorsum, id est, diuinitùs & humanitùs; ergo Iesus qui est Filius Dei, potiùs procedit de Spiritu Sancto, quàm Spiritus Sanctus de illo.

Secundus.

Nazianz.

S. Damasc.

Theophyl.

Euthym.

Theodoret.

Mar. Victor.

Locus notandus

Tertiò. In præcipuis Concilijs Niceno, Ephesino, Calcedonensi, & Constantinopolitano definitum est Spiritum Sàctum procedere à Patre; de Filio verò siletur.

4. 3. argum. ex Concilijs.

Quarto. Leo 3. condidit Romæ Symbolam Nicenum in tabula argentea exculptum, quod post altare Beati Pauli perpetuò conseruandum collocavit, in quo præcipitur ne quis, aut alitèr docere, aut addere ausus sit; ergo contra statutum Concilij facta est adiectio illa, *ex Patre Filioque*.

5. 4. argum. ex symb. Nic. Romæ seruato.

Vltimò. Illa adiectio facta est absq; auctoritate Ecclesie, cum autor addendæ particulæ non extet; ergo nullo modo fuit addenda.

6. Vltimum arg.

Aduertenda.

Hoc loco aduertendum est, Ecclesiam pro ratione temporum ad nouas hæreses refellendas conuerti, ut notat S. Thom. 1. p. quæst. 36. art. 2. ad 2. & affert id quod dicitur in Concilio Calcedonensi. *Quod illi qui fuerunt cõgregati in Concilio Constantinopolitano doctri-*

7. 1. Aduertend.

S. Thom.



*nam de Spiritu Sancto tradiderunt: non quod minus esset in precedentibus, qui apud Nicaam congregati sunt, inferentes: sed intellectum eorum aduersus hereticos declarantes.* Quia scilicet noua concilia non inferunt noua, quasi minus sit in precedentibus, hoc est, quasi precedentia concilia diminuta sint: sed declarant intellectum precedentium conciliorum; quia definiunt eadem quae implicitè continebantur in precedentibus Concilijs, contra nouos hereticos, qui à veritate ibi contenta discordant; & idcirco necesse est verbis clarioribus eos retundi. Quare contra Eunomium, & Sectatores, qui Spiritum Sanctum dicebant procedere à solo Filio, esseque eius creaturam, definitum à Concilijs fuerat Spiritum Sanctum à Patre etiam procedere, vt & Filius procedit; scilicet quo Spiritus Sancti Deitatem, diuinamque processionem firmarent. Exorta autem noua hæresi quòd Spiritus Sanctus non procedat à Filio, Ecclesia iam pridem occurrit, catholicam sententiam (vt retulimus) proponens, quòd à Filio quoque procedat.

Huius ergo hæresis auctor credendus est, vel Nestorius vt S. Thom. opinatur solutione ad 3. vel ex Nestorianis aliquis: Nam & Theodoretus, qui creditur auctor hæresis, Nestorianus aliquando fuit. Certè à Nestorianis ea hæresis asserbatur: quod constat ex Symbolo Nestorianorum in operibus Cyrilli inserto, & ex Concilio Florent. sect. 7. vocatur secta Nestoriana: ea quæ negat Spiritum Sanctum procedere à Filio. Sed videtur hæc hæresis in silentio fuisse vsque ad annum 767. quo quidè anno refert Ado Viennensis in Chronico celebratum Concilium, & in eo fuisse de Trinitate disputatū inter Græcos, & Latinos; inter quos nulla alia controuersia legitur de Trinitate acta, nisi ea quam modò tractamus. Redintegratus est morbus tempore Nicolai primi anno Domini 860. cū Theophylactus Ioannem commentatus Latinos arguit, quòd cederent Spiritum Sanctum à Filio procedere. Sed tamen anno 1504. cepit maximè hæc hæresis vigere auctore Michaelè Constantinopolitano Patriarcha, qui per eam impietatem summum Pontificatum petebat, Imperator Constantinus 10. ad eandem infaniam homines concitabat, vt starèt

contra confessionem Romanæ Ecclesiæ, & suam hæresim scriptis proderent, vt conlat ex Epistolis Leonis 9. ad Patriarcham & Imperatorem; & ex libro S. Anselmi de processione Spiritus Sancti contra Græcos. Legendus est Petrus Maturus in suis annotationibus ad S. Antonin. p. 3. tit. 22. cap. 13. §. 3. & S. Antoninus ibidem. Si quis ergo studiose conferat tempora istius hæresis cū definitionibus conciliorū planè comperiet, initio statim fuisse ab Ecclesia damnatam, ac deinde perpetuò reprobata.

Præterea aduertendum est hoc loco, quòd illa particula Symbolo addita, quam S. Thom. ad 2. videtur innuere à quodam Romano Pontifice fuisse expressam, dicitur à S. Damaso Romano Pontifice fuisse adiecta in Concilio Romano anno Domini 383. contra eos, qui prædicabant Spiritum Sanctum esse Filium Filij, & nepotem Patris. Et ita sentit Gilbert. Genebrar. lib. 3. Chron. pag 56. quem sequitur Petrus Maturus loco recitato. Iam verò fuisse Romæ celebratum Concilium illud narrat S. Hieronym. in Chronico, S. Isidorus in Damasum, & historia tripartita libr. 9. cap. 5. 12. & 13. scribitque Genebrardus legisse se in libello Græco, quem ipse fecit Latinum in eo Concilio Romano hanc fuisse additam particulam: & optimè consentit cum ijs quæ scripsit Hugo Etherian. doctissimus lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 19. Et inter opera S. Hieronym. extat Symbolum Damasi cum ea adiectione, *ex Patre Filioque* Scilicet tom. 9. Epistola 16. Quare admodum verisimile est à Damaso factam esse istam adiectionem. Confirmatur hoc etiam ex eo quòd S. Thomas. ait in Concilio quodam occidentali facta fuisse, & idem affirmat Andreas Episcopus in Concil. Florent. sess. 2. quod tamen Concilium occidentale cum ea definitione in tomo Conciliorum nullum extat. Cum autem constet Concilium celebratum fuisse Romæ à Damaso, aliqua coniectura est in eodem Concilio particulam fuisse adiectā. Aliquid tamen obstat huic opinioni, quòd Concilium Toleran. 3. post Damasum recitauit Symbolum sine additione: sed fortè id quoque ideò Conciliū fecit, vt prisca Symbola absq; additione legeret, quousq; cōsuetudo legēdi cū additione prebesceret;

Nam

Concilia priora non sunt diminuta, tamē à sequentibus declarantur.

Hæresis Eunomij.

Hæresis Nestorij opposita.

8. Hæresis Græcorū habuit auctores Nestoriū, vel Nestorianū aliquem.

Expit an. 767. Ado Vienn.

redintegrata p Theophylac. anno 860.

Viguit per Michaelē Patr. Constantinop. & Imp. Constantinum. 10.

Leo 9.

S. Anselm.

Maturus.

S. Antonin.

9.

2. Aduert.

S. Thom.

Particula, Filio

que, addita à

S. Damaso.

in Cōc. Rom.

Genebrar.

Maturus.

S. Hieron.

S. Isidor.

Hist. tripart

Genebrar.

Hugo Ether.

S. Hieron.

Confirm.

S. Thom.

Andreas in

Cōc. Florēt.

1. Obiectio ex Cōc. Tolēt.

Respon. ex eodem.



Nam canone eiusdem Concilij tertio anathema dicitur ei qui negauerit Spiritum Sanctum à Filio procedere. Quauis autem res gesta incerta sit & dubia, certissimum tamen est nihil Symbolo potuisse addi, quod ab Ecclesia cum tanta consensione reciperetur, quod eiusdem Ecclesie auctoritate non fuisset adiectum; maxime cum ita legatur in septima Synodo Generali, & in pluribus postea Concilijs.

7. Synod. General.

10.

2. Obiectio. De Theodor.

Obiectio. Theoph.

Respons.

Fortè ignorarunt Concil. Prior respuit.

Et forte alter.

11.

Ad 1. arg. à sola negatione consequentia nulla.

Replica.

Respons.

Et si Sp. Sancti diceretur à solo Patre procedere non excluderetur Filius. S. Thom.

S. Anselm.

Sed tamen videtur hæresis arguere Theophylactum, & Theodoretum, & alios ex Græcis Patribus, qui videntur non potuisse ignorare ea concilia, ab eis autem discedere non nisi deserendo, si dem potuerunt. Cui obiectio nulla responsio alia suppetit, nisi ut credamus eos ignorasse Concilia, & Theodoretus quidem dicitur in Concil. Calced. operâ Leonis Papæ ad sensum Ecclesie requisitus esse; nec attigit tempora Michaelis, qui Ecclesiam heresi hac infestauit. Theophylactus autem qui vixit tempore schismatis cum Ecclesia demum foras rassis consenserit; sicut & alij ex Græcis Episcopis, suadente Concilio consenserunt.

Responsio.

Ad primum argumentum respondetur à sola negatione nullam deduci consequentiã; oportet enim omninò ut altera pars saltem antecedentis sit affirmans. Quare ex hoc quòd in Euangelio non sit declaratum Spiritum Sanctum procedere à Filio, non efficitur ut non procedat. Quòd verò dicitur Christum Dominum non debuisse id omitttere cum faceret verbum de processione Spiritus Sancti, verum est; apertè enim significauit Spiritum Sanctum à se procedere, cum illum à se accipere, & à se mitti asseruerit; dixit autem procedere illum à Patre, & non dixit à se ipso, tum ut genitori deferret, & illum potius quam se palam honoraret; tum etiam ut processionem deduceret ad principium sine principio quod est Pater. Sibi autem etiam ascribit Spiritus Sancti processionem, sed verbis minus planis modestiæ causa: imò et si diceret Spiritum Sanctum à solo Patre procedere, non excluderetur Filius, ut ait S. Thom. 1. p. quæst. 36. art. 2. ad 1. & S. Anselm. de processione Spiritus Sancti, iuxta eas præscriptiones,

A quæ de propositionibus exclusiuis tradendæ sunt lib. 5.

Ad secundum quod est ab auctoritate Patrum respondetur eos qui in argumeto commemorantur testes adhibitos à nobis esse; doctrinam catholicam verbis planissimis asserentes; neque potuerunt eidem contraria dicere, aut sentire. Igitur S. Dionys. vocauit Patrem fontem Deitatis; eò quòd fontem dicimus à quo primò aqua emanat; solus ergo Pater est fons, sicut & primus. Similiter dixit S. Augustin. Patrem esse principium totius Deitatis, quia nihil est in Deitate procedens, quod non procedat à Patre; & in hoc sensu sūt hæc Patris propria. S. vero Basilius duntaxat affirmat propriam notionem Filij, scilicet filiationem, non esse illi communem cum Patre: at verò spiratio actiua non est notio propria Filij. Quòd verò ait Spiritum Sanctum per Filium innotescere, videtur quoque referendum esse ad processionem, scilicet quòd Spiritus Sanctus innotescat per Filium; quia dum creditur non solùm à Patre, sed etiam à Filio procedere, tota ratio processionis eius explicatur. Minimè verò credidero S. Basilium dixisse Spiritum Sanctum innotescere per Filium, quia Filius de Spiritu Sancto notionem tradiderit; nam eo loco disputabat de proprietatibus personarum; maximè quia Spiritus Sanctus non plenè innotuit in doctrina Christi, quin potius Filius innotuit per Spiritum Sanctum iuxta illud. *Ipse testimonium perhibebit de me.* Sed et si voluisset Sanctus Basilius id significare, haud tamen negat Spiritum Sanctum procedere à Filio. S. Gregorius Nazianzen. facile explicatur; loquitur enim de causalitate prima, siue de primo principio, quæ est Patris proprietas; vel loquitur accommodatè de causa, siue principio generationis, de qua illi erat sermo; & vtraque acceptione principium non conuenit Filio. Sanctum verò Ioan. Damascen. inspicatur S. Thomas sequutum fuisse patres Nestorij 1. p. loco recitato, & de Potentia q. 10. art. 4. quòd potuit Damascen. per inconsiderantiam facere, ante definitiones Ecclesie planiores; sed tamè alij, ut ibidè refert S. Th. ad 3. iure optimo Damascenum vendicant ab hac ignorantia; legendusque est Bessarion. Genadius, & alij pro tuendo Damasc. Genadius

B non esse illi communem cum Patre: at verò spiratio actiua non est notio propria Filij. Quòd verò ait Spiritum Sanctum per Filium innotescere, videtur quoque referendum esse ad processionem, scilicet quòd Spiritus Sanctus innotescat per Filium; quia dum creditur non solùm à Patre, sed etiam à Filio procedere, tota ratio processionis eius explicatur. Minimè verò credidero S. Basilium dixisse Spiritum Sanctum innotescere per Filium, quia Filius de Spiritu Sancto notionem tradiderit; nam eo loco disputabat de proprietatibus personarum; maximè quia Spiritus Sanctus non plenè innotuit in doctrina Christi, quin potius Filius innotuit per Spiritum Sanctum iuxta illud. *Ipse testimonium perhibebit de me.* Sed et si voluisset Sanctus Basilius id significare, haud tamen negat Spiritum Sanctum procedere à Filio. S. Gregorius Nazianzen. facile explicatur; loquitur enim de causalitate prima, siue de primo principio, quæ est Patris proprietas; vel loquitur accommodatè de causa, siue principio generationis, de qua illi erat sermo; & vtraque acceptione principium non conuenit Filio. Sanctum verò Ioan. Damascen. inspicatur S. Thomas sequutum fuisse patres Nestorij 1. p. loco recitato, & de Potentia q. 10. art. 4. quòd potuit Damascen. per inconsiderantiam facere, ante definitiones Ecclesie planiores; sed tamè alij, ut ibidè refert S. Th. ad 3. iure optimo Damascenum vendicant ab hac ignorantia; legendusque est Bessarion. Genadius, & alij pro tuendo Damasc. Genadius

C

D

Ad 2. Patres explicatur.

S. Dionys.

S. August.

S. Basilius. 1. locus.

Secundus. Sp. Sanctus innotescit per Filium, seu processionem ab eo.

Alia explic. Refellitur 1.

Secundò.

S. Nazianzen.

De S. Dam. suspicio S. Thoma.

Illum ab ignorantia vendicant Bessarion. Genadius



Gennadius egregie.

Exemplum.

Dr Theodor. errore, & rebellion, Gennadius.

Mar. Victor.

Explicatur.

13. Ad 3.

14. Ad 4. Respond. 1.

Magister.

Respond. 2.

Ecclesia Romana conseruat Symbolū Apostolorū intactū & sic alia symbola

dus autē in expositione Concil. Florēt. sect. 10. egregie notat Damascenū non asseruisse, quōd Spiritus Sanctus non sit ex Filio; sed quōd non dicatur ex Filio, ne scilicet daret locum hēresi negāti Spiritum Sanctum procedere de Patre, sed de solo Filio: sicut idem Damascenus negat Mariam dici Matrē Christi, non quia non sit, sed propter hēresim negātem illam esse Matrē Dei, non dicitur Mater Christi, sed Mater Dei. Theodoretum verō non dubium est sensisse cum Græcis, cuius rebellionem contra S. Cyrillum circa hanc fidei sanctionem commemorat Gēnadius Patr. Constāt. in expositione Concil. Florēt. & ibidē narrat de hoc ipso damnatum Theodoretū. 6. Synodo cap. 9. Ad verba Marij respondemus eam hēresim non esse auditam in Ecclesia Dei, quōd Spiritus Sanctus sit mater Christi: Marius autē eo loco planissimē intelligit nomine Spiritus Sancti, ipsam Deitātē quā dicit matrē; quia de illa procedit Filius, sicut dicitur in Psalmo *Ex utero ante, &c.*

Ad tertium iam diximus priora Concilia definisse ea, quæ errores orientes euellerent. Cū enim hērerici Spiritū Sāctū à solo Filio procedere dicerent, quo eius processione imminuerent, & creaturam vocarent; vterque error damnatus est definiētibz Concilijz Spiritum Sanctum procedere à Patre.

Ad quartum respondetur historiam illam de Leone Pontifice nō esse authenticā; neque enim Platina, aut Onuphrius gestū id esse ab eodē narrant: neque verō Magist. in 1. sentent. d. 11. huic rei fidē facit; sed narrata à Græcis refert, à quibus forsā ea fabula est conficta. Sed etsi concedamus esse authenticā historiā, dicēdū est Leonē idcirco Symbolū Cōstāntinopolitanum reuerentē asseruasse, ne quis exstimaret illud esse per adiectam postea particulā reprobātū. Imō cū credamus verissimile esse particulam fuisse adiectam à Damaso, post quē Leo 3. p̄fuit, eā ob rē maximē potuit Leo id agere, ne quis suspicaretur Symbola esse difidētia cū particula adiecta, vel sine illa. Nam Ecclesia Romana conseruat Symbola intacta, vt fertur conseruasse Symbolū Apostolorū absq; vlla adiectione; cui aliqua addita apud aliquas alias Ecclesias inueniuntur; nō quōd additiones dānaret, sed quōd intactū Symbolū per-

A petuē memoriæ proditū esse vellet, vt refert Baronius ex Ruffino 1. tom. Annalium pag. 306.

Ad vltimū iam fecimus satis comprobando, quōd adiectio facta fuerit à S. Damaso, vel ab alio sanē Romano Pōtifice.

CAPVT XXXIII.

*Pater, & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti.*

B Prima eaq; maxima Græcorum con- trouersia aduersus Latinos hæc fuit, quōd Græci obijcerēt duo principia Sp. Sācti nos ponere; dum eum confitemur nō à solo Patre procedere, sed etiam à Filio. Vt verō hoc primum illorum argumentum refellamus, negandū id omnino est quod obijciunt. Enim verō Ecclesia Romana oppositā semper tenuit sententiā, vt nō duo principia Sp. Sancti, sed vnū cōfiteretur, nō proportionē vnū, sed absolutē vnū vnitātē reali. Cōstitutū autē sit Filiū quoq; esse Sp. Sācti principiū, quod ex antecedētibus manifestē liquet;

C Probatū quippe est Sp. Sanctū procedere à Filio, sed principium est à quo aliquid procedit, vt suprā docuimus: ergo Filius est Sp. Sancti principium. Quare cū S. Cyrillus ait se nō facere Filiū principiū Sp. Sācti, intelligit principiū primū, quod est Pater, primō indicans personā primā, vt postea declarabim'. Et Gēnad. in expositione Cōc. Flor. sect. 5. declarat Filiū nō esse principiū principale, quod idem est: & S. Cyrillū ait hoc dixisse, vt desisteret sententiā ab ea hēresi, quæ dicebat Filiū à solo Patre, Sp. Sanctum à solo Filio procedere. Recolito quod ante notauimus, scil. principiū dicere primū, sed non negat secundum.

D Quōd verō Pater & Filius non sint duo, sed vnum principiū Spiritus Sancti, ex iisdem dictis euidentissimē deducitur: Pater enim, & Filius sunt duo in ijs quibus distincti sunt; pluralitas enim cū distinctione cōiūcta est: sunt autē distincti proprietatibus oppositis, scil. Paternitate, & Filiatione, vel generatione actiua, & passiuā: ergo in omnibus alijs cōueniūt, & vnū sūt; sed in eo cōueniūt quōd Spiritus Sanctus ab vtroque procedat; ergo in eo vnum sunt; scilicet principiū vnum Spiritus Sancti sunt. Quod cōfirmatur ex verbis Christi Domini Ioan. cap.

Baronius.

15. Ad vltimum.

Græcorū eximatio de Latinis, quōd ponant duo principia Sp. Sācti Refellitur.

1. Assertio. Filius quoque est principium Sp. Sancti. Probat ex dictis.

Obijciatur S. Cyrillus. Explicatur.

Gennad.

2. Assertio Pater & Filius non sunt duo, sed vnū principium Sp. Sācti Probat euidentissimē ex dictis.

Confirm. ex



Ioan. 17.

cap. 17. *Tua omnia mea sunt, & mea omnia tua sunt.* Quæ autem Patri, & Filio sunt communia, nõ habet distinctionem, sed vnitatem: ergo eadem reru cõsequentiã, qua probatum est Filium producere Spiritum Sanctum, quia Pater ipsum producit, & potentia, operatioq; Patris communis est Filio; non minùs efficacitè ostenditur eam potentiam, operationemque esse vnum in Patre, & Filio; ergo sunt vnũ principiu Sp. Sãcti.

3.  
Quæstio de 2.  
assertione quo-  
ad proprietatẽ  
loquendi.

Pro parte ne-  
gante  
Gregor. Ari-  
min.  
Altiſiodor.

Durandus.

Fundamentũ  
Durandi.  
Autorez qui-  
dam apud  
S. Thom.  
Fundamentum  
istorum.

Ab istis nõ dis-  
sident sensu  
Gregor.

His, quæ sunt certissima, firmatis, disputandum est de ipsa loquutionis proprietate: cum enim Pater, & Filius sint personæ duæ, etsi in eis vna sit potentia, vnaque operatio, quæstio est, Sintne dicendi principiu vnum propter vnitatem potentia, & operationis, an verò principia duo, quia sint personæ duæ? Gregor. Arimin. in 1. d. 12. q. 1. & Altiſiodorẽsis lib. 1. suę summæ cap. 30. & quidã alij ab eo recitati opinantur, si exactè loquendum sit, falsum esse enunciãtũ, quòd Pater & Filius sint principium vnũ: sed dicendum esse simpliciter, quòd sint duo principia, iuxta præscriptiones quasdam nominum numerum significantiu, quas lib. 5. diligentè expendemus. Durand. d. 29. quæst. 2. ait esse vnum principium quo formale, sed duo principia quæ: & adijcit melius dici quòd vnum principium sit in Patre, & Filio, scilicet vna potentia, quàm quòd ipsi sint vnum principium; quasi verò magis propriè dicam⁹ potentiam esse in Patre, quàm Patre esse ipsam potentiam, siue naturã; credit enim personam à natura distingui. Quæ lib. 1. confutata sunt. Alij verò quos refert S. Th. q. 36. art. 4. eandẽ sententiam tenent ob rationẽ diuersã; negant enim Patre & Filiu propriè dici principiu vnũ; eò quòd principiu sit nomen quasi adiectiuũ; quia non significat substantiã, sed proprietatẽ relativã. Aiunt ergo duo adiectiva nõ rectè coniungi; quare in eo enunciãto vnũ principiu ita accipiendũ esse, vt vnũ dicatur adverbialitè, siue synchægorematicè, hoc est, vno modo principiu. Neque verò sensu dissidet ab his Greg. ideo enim ait Patre, & Filiu à Patribus, & cõcilijs dici principium vnum; quia singulare est in diuinis personis, vt plures cũ sint, vno modo, vnaque operatione operentur: idq; voluisse Patres significatum esse, cum Patrem, & Filium dicunt esse vnum principium.

A Disputatio hæc vt præ oculis est, non de rei veritate, sed de nominum vsu suscipitur, & per ea quæ dicenda sunt libro 5. erit studiosius expèdenda. Cõstat enim apud Catholicos potetiam, & operationem esse vnam in Patre & Filio; de quæ nomine solo est quæstio, an dicendi sint vnum principium?

Sed periculosa est in fide, & suspecta de hæresi ea doctrina, quæ censet concilia non tenere eã proprietatem loquutionis, quæ ad testationẽ veritatis necessaria est. Nam si absolutè, ac simpliciter verũ est dicere Patrem & Filiu esse principia duo, si expèdatur loquutionis proprietate; quare definit Ecclesia vnum principiu esse? siquidẽm verbis ipsis à vero dissentit, etsi dicatur sensu verborum nõ dissentire. Vtraq; autẽ expositio recitata argumẽto S. Thom. in art. refellitur. Nam si Pater & Filius dicuntur vnũ principiu, eò quòd vno modo operentur; Pater erit duo principia, quia operatur duobus modis, scilicet gignẽdo, & spirãdo. At verò cõtra Gregorium de regulis nominũ disputatẽ lib. 5. differemus. Cõtra alios verò, qui principium aiunt esse quasi adiectiuũ, opponimus, duo adiectiva ita cõiungi vt faciãt sensũ disiunctũ: Si quis enim dicat Socratẽ musicum albũ, dicit Socratẽ musicũ, & dicit albũ; ergo qui adiectiuè dixerit Patre, & Filiu esse vnũ principiu, dicit eos esse nõ duos, sed vnũ, quòd est hæresis; & potiùs dicendi essent principia vna, quã principium vnũ, & adiectiva in numero plurali cõuenirẽt cũ duobus, scilicet Patre, & Filio, sicut diceremus personas vnas, & non personam vnã. Nullo ergo modo credenda est Ecclesia definisse sententiam suã, verbis nõ solũm improprijis, sed implicatis, & suspectis.

D Sed aduertendũ est, quòd libro priori docuimus, hæresis arguendam esse cũ qui contenderet tres personas diuinas esse tres Deos. Et profectò eadem omninò est ratio, vt S. Thomas obseruat, ne Pater, & Filius dicantur principia duo; cum natura, & operatio vna sit. Hanc tamen sententiã non refutamus vt hæreticã, eò quòd res est obscurior: nam etsi catholicè confitendum sit in Patre, & Filio esse eandem potentiam spiratiuã, & eandem spirationem, sicut in tribus personis est eadem Deitas: spiratio tamen pertinet ad personas, & ideo

4.  
Quæstio hæc nõ est de re, sed de nomine.

5.  
Refellitur 1.  
hęc pars vt de hęc  
refertuspectaqua  
tenus cõset cõ-  
cilia nõ tenere  
proprietatẽ lo-  
quutionis.  
Declaratur hoc

Refellitur 2.  
à S. Thom.  
quatenus ex-  
ponit vnum  
principium, id  
est, vno modo.  
De Greg. inf.  
Fundamen-  
tum aliorum  
apud S. Th.  
Conuellit.  
Duo adiectiva  
ita coniungun-  
tur, vt faciãt  
sensũ disiunctũ

6.  
Refutatur 3.

Non censetur  
hæretica.  
Probatur  
Spiratio perti-  
net ad personas



non ita apertè conuincitur, in proprijs-  
fimo sensu dici duas personas vnū prin-  
cipium Spiritus Sancti, sicut tres perso-  
nas vnum Deum, maximè cum S. Hila-  
rius duos auctores dicat, & ferè eadem  
ratio sit de auctore, siue spiratore, & de  
principio Spiritus Sancti. Sed nō abest o-  
pinio ista ab errore; eò quòd verbis saltè  
dissidet à Cōcilijs, quæ modò referemus.

S. Hilarius  
duos auctores  
dicit.  
Censetur erro-  
nea.  
Ratio,

7.  
Aduertend.

Nomen spira-  
tor, verbale est  
actionēq; sig-  
nificat.

Ideo maximè  
accedit ad ad-  
iectiuum.  
Principium  
non sic.

Pater & Filius  
auctores, & spi-  
ratores duo di-  
euntur mino-  
re censura.  
S. Hilar.  
S. Thom. 1.  
sentent.  
Durand.

Meliùs vnus  
spirator & vnus  
auctor dicitur.

S. Thom.

8.  
Confirmant  
S. August.  
S. Hilar.  
S. Anselm.  
S. Thom.  
S. August.  
locus alius, ex  
plicatur.

Vltimò obseruandum est discrimen  
inter hæc nomina, principium Spiritus  
Sancti, & spirator. Primum, non signifi-  
cat actionem, sed principium actionis.  
Secundum verò, scilicèt spirator, est no-  
men verbale ab spirando ductum; quare  
significat actionem; nomen enim spira-  
tor & nomen spirans eandem actionem  
significat, spirator tamen significat sine  
tempore, spirans verò cum tempore vt-  
potè participium. Verba autem & par-  
ticipia sunt adiectiua; quare nomen spi-  
rator maximè accedit adiectiuum: prin-  
cipium autem Spiritus Sancti, cum non  
significet actionem, omninò inter nomi-  
na substantiua censetur. Meritò ergo ij  
reprehenduntur, qui Patrem, & Filium  
negant esse vnum principium Spiritus  
Sancti. At verò qui dixerit duos spira-  
tores non ita arguendus est; Et in eodè  
sensu dixit S. Hilar. à Patre, & Filio au-  
toribus Spiritum Sanctum procedere;  
de qua re lib. 5. tractabimus. S. Thom.  
in 1. d. 11. q. vltima art. 4. & d. 29. q. vni-  
ca art. 4. cum alijs quos refert, & sequi-  
tur Durand. d. eadem q. 2. in Dialecti-  
co rigore negat Patrē & Filium esse spi-  
ratorem vnum; sentit enim esse duos spi-  
ratores dicēdos; Cui sententiæ consequēs  
est vt nō sint dicēdi spirator vnus: sed lō-  
gè meliùs iuxta dialecticā disciplinā vnus  
spirator, & vnus auctor dicitur; quia hæc  
nomina substantiua sunt: duo verò spi-  
rantes; quia participia sunt adiectiua. Et  
hæc est sētētia D. Thom. 1. p. q. 3. art. 4.  
ad 7. vbi oppositam quam in lib. 1. sent.  
tenuerat, retractauit.

Confirmatio.

Q Vòd Pater & Filius sint vnū prin-  
cipium Spiritus Sancti affirmat S.  
Augustin. 5. de Trinitat. cap. 14. S. Hila-  
rius lib. 4. de Trinitat. S. Anselm. de  
processione Spiritus Sancti capit. 11.  
S. Thom. 1. p. & in 1. d. 11. & 29. &  
est constans Theologorum opinio. Est  
tamen locus apud S. Augustin. contra  
Maxim. lib. 3. cap. 17. vbi Patrem esse

A dicit principium sine principio, Filium  
verò principium de principio, at Spiri-  
tum Sanctum principium quoque de  
vtrouque principio. Spiritum Sanctum  
dicit principium, scilicèt creaturarum;  
neque enim est principium diuinæ pro-  
cessions vllius: Sed quod ait esse de v-  
troque principio explicandū est; vtrūq;  
enim est vnū & alterum simul, & conue-  
nit duobus; sunt ergo duo principia.  
Respondendum est posse intelligi per  
copulam implicantem ( vt aiunt dial-  
ectici ) vel more Rhetorū per appositio-  
nem hoc modo, Spiritus Sanctus est de  
vtrouque principio, scilicèt de vtrouque  
qui vterque principium est: nam & ibi  
subijcitur, *Qui tamen vnum simul sint  
principium, non duo principia.*

B

Definita est hæc veritas ab Ecclesia in  
Concilio Lugdunensi cap. fidelitèr de  
summa Trinitate in hæc verba, *Spiritus  
Sanctus ex Patre & Filio, non tanquā  
ex duobus principijs, sed vno principio,  
&c.* Et infra. *Damnamus omnes qui te-  
merario ausu presūperint asserere, quòd  
Spiritus Sanctus ex Patre, & Filio tā-  
quam ex duobus principijs, & non tan-  
quam ex vno procedat.* Et in Concilio  
Florentin. in literis sanctæ vnionis his  
verbis, *Spiritus Sanctus suum esse sub-  
sistens habet ex Patre & Filio, & ab  
vtrouque æternalitèr, tanquā ex vno prin-  
cipio, & vnica spiratione procedit.* Et  
confirmatur ex simili decreto Concil.  
Lateranens. sub Innocentio 3. capit. 1.  
vbi constitutum est tres personas esse  
creaturarum principium vnum; quia sci-  
licèt in ijs, quæ attinent ad rationē prin-  
cipij, non distinguntur. Et simile est de  
Patre, & Filio, vt sunt Spiritus Sancti  
principium. Quo decreto Ecclesiæ filuit  
Græcorum obmurmuratio: nam Græci  
propter hoc præcipuè dissidebantur Spi-  
ritum Sanctum procedere à Filio, ne Pa-  
trem, & Filium ponerent duo principia  
Spiritus Sancti; & à Latinis testatum est  
Patrem & Filium esse nō duo principia,  
sed vnum principium Spiritus Sancti: de  
qua re ad finem cap. 36. in confirmatio-  
ne.

C

D propter hoc præcipuè dissidebantur Spi-  
ritum Sanctum procedere à Filio, ne Pa-  
trem, & Filium ponerent duo principia  
Spiritus Sancti; & à Latinis testatum est  
Patrem & Filium esse nō duo principia,  
sed vnum principium Spiritus Sancti: de  
qua re ad finem cap. 36. in confirmatio-  
ne.

D

CAPVT XXXV.

Argumenta Refelluntur.

P Rimum argumentum contra vnita-  
tem principij opponit Methones  
Episco-

Ex eodem  
objicitur.

Responsio no-  
tanda.

9.  
Definiunt  
Concil. Lud.  
cap. fidelitèr

Cōc. Florēt.

Cōcil. Lat.

1.  
Arguit 1.  
Methones



apud Hugonem Ether.

Episcopus apud Hugonem. Ethereanum lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 14. Pater est perfectus Deus, qui habeat perfectam potentiam ad producendum Spiritum Sanctum; nihil ergo ad hoc confert Filius, sed solus Pater producit; non ergo Pater, & Filius sunt principium unum, sed solus Pater est principium.

2. Secundum Nicetas apud eundem:

Secundum argumentum contra hanc unitatem principij accipimus ex Niceta quodam apud eundem Hugonem c. 13. Pater, & Filius dicuntur principium unum, aut specie, aut numero; sed neutrum verum est; ergo non sunt unum principium. Quod non sint principium sola specie unum, probat; quia Spiritus Sanctus non esset numero unus, sed sola specie unus; siquidem suum principium sola specie unum esset. Quod verò non sit unum numero principium, probat; quia sunt personarum duarum; principium autem processionis non natura est, sed persona; ergo personarum duarum numero sunt principia numero duo.

3. Tertio Methon. apud eundem.

Tertio arguit idem Methones, & refert argumentum Hugo lib. 2. cap. 3. si Pater & Filius sunt unum principium Spiritus Sancti, illud principium vel non est ab alio principio, estque solus Pater; vel est principium à principio, & est solus Filius, non Pater; vel est simul sine principio, & à principio, quod est impossibile: ergo nullo modo Pater, & Filius sunt principium unum. Et idem argumentum refert ex Niceta lib. 1. cap. 3. Et eadem est difficultas argumenti apud S. Thom. ordine quarti 1. p. q. 36. art. 4. Pater, & Filius sunt unum principium; ergo vel sunt unum principium quod est Pater, vel unum principium quod non est Pater; ergo vel Filius est Pater, siquidem est principium, quod est Pater, vel Pater non est Pater siquidem Pater est principium, quod non est Pater.

Nicet. apud eundem. Confirm. S. Thom.

4. Quarto Methones apud eundem.

Quarto arguit idem Methones apud Hugonem Ethereanum lib. 1. cap. 10. ad finem; quia principium perfectum est unitas, unitas enim perfectio est; sed principium Spiritus Sancti debet esse perfectum; quod autem est ex duobus, minus unum est; ergo principium Spiritus Sancti non duobus tribuitur, scilicet Patri, & Filio. Et confirmatur ex eodem Methone c. 12. sequenti: quia id quod ex duobus est, minus perfectum est, quam quod ex vno solo; ergo Filius perfectior est Spiritu

Confirm.

A Sancto, siquidem solus Pater est principium Filij: at verò principium Spiritus Sancti dicitur esse Pater & Filius simul.

Quinto arguit idem Methones lib. 1. Hugonis cap. 18. si ideò Pater, & Filius sunt unum principium Spiritus Sancti, quia eiusdem sunt naturæ: ergo Pater & Spiritus Sanctus sunt unum principium Filij; quia eiusdem sunt naturæ; eadem enim videtur esse ratio. Et confirmatur, quia idem Filius, & Spiritus Sanctus conveniunt in hoc quod est procedere à Patre, sicut Filius & Pater in hoc quod est spirare; sed non ponimus aliquam proprietatem communem Filio, & Spiritui Sancto, quæ sit processio; ergo neque ponenda est communis spiratio, quæ Patri, & Filio conveniat.

Sexto arguit idem Nicetas cap. 12. initio statim. In Deitate, quæ ad naturam pertinent, communia sunt tribus personis; quæ autem ad originem, sunt singularum personarum propria, quia personalia sunt: cum ergo spirare sit operatio non naturæ, sed personæ, erit profectò unius personæ, non duarum. Et confirmatur, quoniam unitas est fundamentum similitudinis; si ergo est aliqua unitas proprietatis inter duas personas duntaxat, eæ erunt inter se magis similes, quam tertia persona, quæ ab illa unitate excluditur. Saltè sequitur quòd Pater & Filius sint magis unum inter se, quam cum Spiritu Sancto: nam cum Spiritu Sancto est illis sola unitas naturæ, inter se autè sunt etiam proprietate spirandi unum.

Ultimò arguit Methones lib. 2. Hugonis Etherean. c. 3. Pater est principium Spiritus Sancti non ratione naturæ, sed personæ; non enim natura, sed persona spirat; distinguitur autem personam à Filio: ergo spiratione distinguitur etiam ab eodem.

Hæc sunt ferè Græcorum insignium argumenta eorum, quæ Hugo Ethereanus diligentissimè colligit in hoc caput questionis intenta, quòd Filius non sit simul cum Patre unum Spiritus Sancti principium.

*Aduertenda.*  
Quoniam de unitate principij Spiritus Sancti duæ sunt sententiæ, ut postea enarrabimus, breuiter modò pro argumentorum confutatione dicendum est constantè atque indubiè, unitatem principij, quod spiratorem dicimus, esse

5. Quinto Methones apud eundem.

Confirm.

6. Sexto Nicetas apud eundem.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

7. Ultimò Methones apud eundem.

8.

9. I. aduert.

Spirator siue principium Sp. Sancti non est



tertium subsistens, sed duo subsistentia, sc. Pater, & Filius indeterminatè sub vna potentia, operatione, & relatione spirandi.

10.  
2. aduert.

Captio dialectica notanda.

1. certum.  
Forma significata illorum nominum, quæ est relatio spiratoris, non est à principio, nec producitur. Probatur. 1.

Secundò.  
Quicquid commune est in Deo non producitur, aut cõducitur.

2. certum de duabus personis, pro quibus supponuntur.

11.  
Questio de modo loquendi proprio.  
Resolutio.

duntaxat vnitatem potētiz, & actionis, & relationis, quæ in Patre, & Filio subsistentibus inuenitur, & non esse tertium subsistens, scilicet spiratorem, in quo hæc inueniantur, vt quidam falsò opinantur. Itaque siue dicas spiratorem, siue principium Spiritus Sancti, mēte, atq; animo versa non significari per hoc nomen, vnum subsistens, pro quo nomen supponatur; sed duo subsistentia, scilicet Patrem, & Filium, pro quibus supponitur nomen spirator: sub vna tamen ratione, & sub vnitatem formæ relatiuæ. Quare hoc nomen, spirator, ex propria significatione accipitur pro Patre & Filio indeterminatè, vt postea accuratius docendū erit.

Deindè aduertendum est, ex eo quòd docuimus hoc nomen, spirator, supponi pro duabus personis; significare autem vnam relationem in vtraque: consequens esse vt dum quæritur de spiratore, an sit à principio nec ne? quæratu sanè de Patre, & Filio pro quibus nomen hoc accipitur: & est sola captio dialectica in responsione fugiēda, vt explicabimus. Eos verò qui tenent spiratorem esse vnum subsistentem, argumentum vehementer vrget: Vtrumne ille subsistens sit à principio, vel non sit à principio? vt postea expendemus. Quod ergo ad rem significatam attinet, certum est formam significatam per hoc nomen, principium Spiritus Sancti, non esse à principio, neque produci; forma enim significata est relatio spiratoris; at relationes diuinæ personarum procedentium, scilicet filiatio, & spiratio passiuæ, formalitè loquendo non producuntur, sed comproducuntur; tum maximè, quia quicquid commune est in Deo, non producitur, aut comducitur, sed duntaxat communicatur; cū ergo forma significata per hoc nomen, sit communis Patri, & Filio, communicatur quidè Filio à Patre, sed minimè producitur; ideòque ipsa relatio à principio non est; nam si produceretur à Patre, distingueretur re ipsa ab illo, & in eo non esset. De personis verò pro quibus nomē accipitur certum est alteram, scilicet Patrem esse sine principio, alteram scilicet Filium esse à principio.

Erit ergo quæstio de exacto loquendi modo, & proprio vsu nominum, cum de re significata liqueat quid dicendum sit. Et ita respondeo propositionem hanc, principium illud vnum Spiritus Sancti

**A** est à principio, videri mihi falsam absolutè; sicut & istam, Deus est à principio: quia esse à principio est cuiusdam ample significationis, vt formis etiã possit conuenire: at forma significata per nomen spiratoris est communis, vt diximus, & non est à principio, neque producitur; ergo falsum est absolutè, quòd principium Spiritus Sancti sit à principio. Imò etsi hæc sit absolutè concedenda, Deus generatur, quia generatio est personæ; Deo verò accipitur etiam pro personis: tamē ista propositio, principium Spiritus Sancti generatur, non videtur concedenda: quia cum termini sint notionales, videtur esse illorum appositio, quam vocant appellationem; ita vt significetur ipsum principium commune esse res genita, quod est impossibile: sicut etiam absolutè concedo hominem esse speciem. Cū verò genus esse speciem audio, sensum propositionis distribuo; si enim significetur intensionem generis esse intentionem speciei, negandum est; si verò sensus sit intensionem generis subesse intentioni speciei, ab ea; denominari speciem, concedendum: ergo ea enunciata, quæ obscuriora visa fuerint, erunt potius distinguendo explicanda, quàm simpliciter permittenda.

### Responso.

**A**D primum argumētum respondetur, quòd Pater est perfectus Deus, & habet perfectam potentiam spirandi, & non iuuatur à Filio, quasi eius virtus non sufficiat, aut valeat ad spirandum; sed hæc omnia quæ in Patre sunt perfecta, dedit Filio; & ideò communia sunt: sicut etiam Pater non creat sine Filio, nō deficiente virtute, si Filium remoueas, & neque quòd iuuatur à Filio; sed quia ab operatione Patris non potest remoueri Filius. Doctè obseruat Hugo loco recitato in argumento ita perfectionem Patris non imminui per hoc, quòd etiam Filius sit principium Spiritus Sancti, sicut perfectio Filij non læditur per hoc, quòd etiam Spiritus Sanctus procedat à Patre, quæadmodum Filius procedit. Genadius sect. 10. respondet perfectè quidè creare Patrem; sed non creare sine Filio, & Spiritu Sancto.

Ad secundum respondetur principium Spiritus Sancti non esse duntaxat vnum specie,

Abolutè loquendo spirator, seu principium Spiritus Sancti, sicut & Deus, non est à principio. Probatur.

Stat resolutio, etsi hæc sit absolutè concedenda, Deus generatur. Ratio.

Exemplū notandum.

Enunciata obliquiora distinguenda.

1.  
Ad 1. argum.

Omnia quæ in Patre sunt perfecta, dedit Filio.

1. exemplum Hugonis Eber.

Secundum Gennadij.

2.  
Ad 2. arg.



Principium Sp. Sancti est vnu numero. Tamen no est persona vna. Ratio.

Spiratio actiua est communis notio.

Obiectio.

Respons.

Illius vnitas realis est communis.

14.

Ad 3. arg. Principium Spirit. Sancti prout supponit pro personis, est sine principio, & est a principio: sicut Deus &c.

Hac nomina absolute faciunt sensu pro forma significata.

Ad confirm. ex S. Thom. Si predicatum per copulatam explicandum est, hac affirmans est vera: Pater, & Filius sunt vnu principium Spiritus Sancti quod est Pater.

specie, sed vnum numero; quia per hoc nomen significatur vna potetia, & operatio, & relatio in Patre, & Filio, quod cap. sequenti docebimus: non tamen sequitur, quod sit persona vna. Nam relatio diuina, quae affert vnitatem personalem diuinae personae, ea est, quae personam constituit, vt Paternitas, filiatio, & spiratio passiuua. At spiratio actiua, quia aduenit nostro modo intelligendi personae Patris constitutae, vt 4. libro dicemus, non affert vnitatem personae, & potest esse communis duabus personis, sicut & natura communis est tribus personis. Et ita vna potentia, & relatio, & operatio spiratoris est in Patre & Filio simul; quia aduenit personis constitutis per suas proprietates; & ipsa non est proprietas personalis, sed communis notio. Quod si obijcias non loquendum nobis esse de nostro modo intelligendi, sed de re ipsa: Vtram vnus spirator sit vna persona? Respondendum est non esse personam vnam, sed duas: illa autem vnitas realis spirationis actiuae est communis duabus personis; sicut vnitas diuinae naturae realis, est communis tribus personis.

Ad tertium iam respondimus in notationibus concedendo illam partem antecedentis, quod principium Spiritus Sancti non est a principio, scilicet ipsa relatio principij non est a principio. Si vero loquaris de personis pro quibus nomen istud supponitur, alia est a principio scilicet Filius, alia non est a principio, scilicet Pater. Itaque si quaestio est de ijs pro quibus nomen supponitur, principium Spiritus Sancti est sine principio, quia est Pater; & est a principio, quia est Filius: sicut Deus eadem suppositione nominis qua supponitur pro personis, est sine principio, quia est Pater; & est a principio, quia est Filius. Si vero quaestio sit de forma significata per nomen, principium Spiritus Sancti non est a principio; quo eodem sensu Deus non est a principio. Et quia haec propositiones absolute videntur facere hunc sensum, sunt absolute negandae. Ad simile argumentum ex S. Thom. respondetur cum ipso S. Doctore, concedendum esse quod Pater & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, quod est Pater, ita vt explicetur per copulatam enunciationem duabus simplicibus connexam, scilicet Pater, & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, &

A illud principium Spiritus Sancti est Pater, & est Filius: negans vero est falsa, sicut vnum principium, quod non est Pater; quia explicamus sic, sunt vnum principium Spiritus Sancti, & illud principium non est Pater: falsa enim est copulata, cuius pars est falsa; falsum autem est, illud principium non esse Patrem, aut non esse Filium, cum sit Pater & Filius. Si vero praedicatum accipiatur vt simplex nomen, ita vt non sit exponendum per copulatam; vtraque falsa est, scilicet Pater & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti quod est Pater, & sunt vnum principium quod non est Pater. Nam vnum principium quod est Pater, ita vt haec simul sint coniuncta; non dicitur verè de Filio; & vnum principium, quod non est Pater, simul etiam haec complectendo, non dicitur verè de Patre, vt liquet. Sed tamen haec propositiones non sunt contradicentes; sunt enim simplices non copulatae etiam quoad sensum, atque significationem, & est vtraque affirmans; nam negatio est in solo praedicato, & non est totum praedicatum, sed pars eius: quare neque praedicata sunt contradicentia.

C Ad quartum respondetur cum Hugone argute differente de Vnitate libr. 1. cap. 11. eam vnitatem esse perfectam, quae est indiuisa; diuisio enim imperfectio est, scilicet quae diuersitatem inducit naturarum; Pater ergo & Filius sunt duo, sed indiuisi, quia in eadem natura subsistunt; non enim diuisi sunt, sed distincti: & ideo non minuitur perfectio principij Spiritus Sancti per hoc quod duae personae non diuisae sint principium Spiritus Sancti. Respondetur secundò quod ipsa vnitas relationis, & operationis spiratoris in Patre, & Filio est simplicissima, sicut & Deitas: quare non est minor vnitas in principio spirationis, quam in principio generationis; & hanc vnitatem non imminuit personarum pluralitas. Ad confirmationem respondetur, quod sicut imperfectio non est in Filio quod procedat ab vno, ita neque Spiritus Sancti quod a duobus procedat, dummodò illi duo vnum sint; nam si vnum omninò non essent, minus perfectum esset principium Spiritus Sancti. Cum verò vnitas formae in principio Spiritus Sancti tam perfecta sit, quam est vnitas formae in principio generationis, quae perfecta est vtraque processio.

Negans verò & falsa, haec: sunt vnu principium quod non est Pater.

Si predicatum accipiatur, vt simplex nomen vtraque affirmans est & falsum. Ostenditur.

Ad 4. argum. 1. responsio Hugonis Berber. Pater, & Filius sunt distincti, sed indiuisi.

2. responsio.

Ad confirm.

In principio generationis, & spirationis, vnitas formae est aequè perfecta.

Ad



16.

Ad 5.  
Respond. 1.  
Inter Patrem  
& Filium est  
vnitas realis  
in spiratione,  
nō oppositio.

Ad quintum negamus eatenus Patrē, & Filium esse principiū Spiritus Sancti, quia sunt eiusdem naturæ; sed quia in eo quod est spirare, non distinguuntur relatione opposita, aut origine. Cum verò Spiritus Sanctus procedat à Filio, repugnat vt ipse Spiritus Sanctus qui procedit à Filio, Filium generet. Dicimus secundò, Filium procedere per primā processionem, quæ est per intellectū; ideòque necesse esse, vt sit principium secundæ processionis, quæ est per voluntatem; aliàs non esset eiusdem cum Patre potentia, vt diximus. Ad confirmationem respondetur similiter, quòd processio Spiritus Sancti habet oppositionem ad processionem Filij, quia illa est ab ista ordine quodam, ita vt Spiritus Sanctus procedat à genito, & ita generatio est proprietas Filij personalis re ipsa distincta à processione Spiritus Sancti. Ideoque vnus processionis cum alia non potest esse vnitas realis, cū sit realis distinctio; sed est vnitas rationis, & analogiæ; quia vtraque dicitur processio.

Respond. 2.

Ad confirm.  
Inter vtraque  
processionem  
est ordo, & op-  
positio realis;  
vnitas verò  
duntaxat ra-  
tionis, & ana-  
logiæ.

17.

Ad 6. arg.

Necesse est vt  
Spiritus Sancti  
origo sit dua-  
rum persona-  
rum.

Ad sextum respondetur, ea quæ pertinent ad origines non esse ascribenda naturæ, sed personis; non tamen necesse esse vt singulæ origines sint singularum personarum; imò necesse est vt aliqua origo sit duarum personarum, vt inter se personas coniungamus ipsa origine; nisi enim spiratio actiua sit communis Patri, & Filio, Spiritus Sanctus cum Filio non haberet hoc vinculū originis inter se se. Quòd argumentum disertè tractat Hugo Etherean. imò non distingueretur ab illo, vt S. Thom. notauit. Ad confirmationem cum S. Thom. respondetur quòd similitudo non fundatur in relatione diuina, sed in natura, vt libr. 3. docebimus. Ad alteram confirmationem respondetur cum S. Thom. d. 29. q. 1. art. 3. ad 3. quòd Pater & Filius sunt quidem inter se vnum pluribus rationibus, scilicet naturā, & proprietate spirandi; sed non ideò sunt magis vnum inter se, quàm cum Spiritu Sancto.

Hugo Etherean.  
S. Thom.  
Ad confirm.

Ad 2. cōfirm.  
Idem.

18.

Ad vltimum.

Ad vltimum respondetur, quòd Pater est persona quæ spirat, sed spirat ratione naturæ, siue potentia; & similiter Filius spirat ratione naturæ, siue potentia; hæc enim potentia duabus personis conuenit, non vni duntaxat. Ideòque ipsa spiratio actiua nō est proprietas Patris, sed Patri, & Filio communis est, sicut & na-

A eura est communis: est tamen potentia spiratiua propria Patri, & Filio; quia nō potest esse communis Spiritui Sancto, qui non spirat, sed spiratur.

Quo autem maximè modo explicanda sit hæc potentia spirandi, vt intelligamus, quibus personis conueniat, postea differendo illustrabimus.

CAPVT XXXVI.

Vna eademque numero spiratio actiua est in Patre & Filio.

B ETiamsi cap. precedente cōstitutum sit formam significatam per hoc nomen, principium Spiritus Sancti, esse vnā in Patre, & Filio; esseque in vtroque eandem potentiam, & operationem, & relationem spirandi: quia tamen difficultas est non vulgaris, Vtrumne operatio ipsa, & relatio sit vna numero in Patre, & Filio, speciatim hoc disputare capite diuiso statuimus. Quòd ergo operatio, relatioque spirandi (quæ vtraque spiratio solet dici) sit vna nō specie, sed numero in Patre & Filio, probatur trito illo argumento, quia omnia in diuinis vnum sunt præter relationes, & origines oppositas, vnum (inquam) non specie, sed numero, sicut Deitas vna numero est.

C Secundò probatur argumento S. August. lib. 7. de Trinitate, quia arguit Deitatem non esse communem tribus personis communitate speciei, eò quòd liceret dicere tres Deos, cum tamen vnū Deum Catholicè confiteamur: ergo principium Spiritus Sancti non est quid commune Patri, & Filio cōmunitate speciei, quia liceret dicere duo principia, cū vnū principium catholicè confiteamur. Sed quòd est commune cōmunitate speciei, aut generis, est etiā vnitate speciei, aut generis vnum; vnitas enim rationis sequitur communitatem rationis, sicut vnitas realis communitatem realem: ergo principium Spiritus Sancti non est vnum vnitate speciei, siquidem non est commune communitate speciei.

D Tertiò, si relatio principij esset vna specie, numero verò distincta in Patre & Filio, esset profectò relationes duæ eiusdem speciei solo numero distinctæ; ergo essent distinctæ penes materiam, & non penes formam; distinctio enim quæ à forma ducitur, est specifica; quæ verò est dunta-

Potentia spi-  
ratiua est pro-  
pria Patri, &  
Filio.

I.

Spiratio ea-  
dem numero  
est in Patre, &  
Filio.  
Probatur.

Probatur. 2.  
ex S. Aug.

Principiū Sp-  
Sancti non est  
quid commu-  
ne Patri, & Fi-  
lio communi-  
tate speciei.

Vnde non est  
vnum vnita-  
te speciei.

Probatur. 3.



Distinctio q̄ est duntaxat numerica, petitur à materia.

4. Probatur. 4.

Distinctio numerica est inter res distinctas.

5. Probatur. 5.

Confirm.

6. Probatur 6. Ea quæ distinguuntur non relatiuè, compositionem efficiunt.

7. Probatur ultimo.

Alias Pater communicaret non eadem formam, quæ habet, sed aliam distinctam.

Confirm. Aliquid communicabile à Patre, non communicaretur.

Principiū Sp. Sancti est connotatiuū no-

duntaxat numerica, petitur à materia: sed in Deo non est materia; ergo neque duæ relationes eiusdem speciei solo numero distinctæ.

Quartò, Spiratio distinguitur quasi specie, siue ratione formali, à Paternitate; & tamen non est res distincta, vt 3. libro dicemus; & idcirco non sunt res distinctæ, quia non opponuntur relatione, et si sint relationes specie distinctæ: ergo spiratio in Patre, & Filio, cum sit relatio eiusdem speciei, & non opposita, non est res in utroque distincta, sed eadem; ergo neque numero distinguitur; distinctio enim numerica est inter res distinctas.

Quintò, Operatio consequitur naturam, & potentiam, sed in Patre, & Filio est vna natura, eademque potentia; ergo operatio qua spirant, vna eademque est. Et confirmatur, quoniam essent principia partialia sese iuuantia, si distinctis operationibus spirarent.

Sextò, Ea quæ distinguuntur non relatiuè, compositionem efficiunt; si enim non relatiuè distinguuntur, distinguuntur non prout ad aliud sunt, sed prout in se sunt, scilicet secundum suum esse, vt duæ relationes creatæ non oppositæ: quæ autem distinguuntur secundum esse, non habent esse idem, idcirco; composita sunt: sed in Deo non est compositio; ergo in Deo non sunt duæ spirationes actiuæ, quæ non relatiuè, sed quasi contrariè distinguerentur scilicet secundum esse distinctum, & compositionem efficerent.

Vltimò, hæ duæ spirationes non essent proprietates; quia ratio spirationis non esset propria, sed communis; ergo communicaretur à Patre; quidquid enim commune est personis diuinis, per originem communicatur: ergo Pater communicaret non eandem formam quam habet, sed aliam distinctam; eademque ratione aliam naturam communicaret, quod est impossibile. Et confirmatur, quoniam Pater retineret sibi aliquid præter proprietatem personalem, quod non re ipsa communicaret; & illud esset communicabile, quia esset commune; & tamen ipsum communicabile non comunicaretur; quod est quoque impossibile. Est ergo euidentissimum non esse in Patre, & Filio relationes duas spirationis, aut originis duas; & quicquid hoc nomen, principium Spiritus Sancti, significat formaliter, vnum & idem numero est; et si no-

men ipsum accipiatur pro personis duabus: est enim connotatiuum nomen, vt Dialectici vocant, quod aliud significat, pro alio verò supponitur.

Confirmatio.

Hæc est doctrina S. Thom. q. 36. ar. 4. docentis manifestè relationem spiratoris eandem esse in Patre, & Filio. Et ad 1. admonet mirum non esse, quod sit Patri, & Filio relatio communis, quibus est & natura communis. Sanctus verò Augustin. 15. de Trinitate cap. 4. explicat hoc idem, aitque eo planè modo Patrem, & Filium esse vnum principium Spiritus Sancti, quo tres personæ sunt principium vnum rerum cõditarum, scilicet quia est in tribus natura eadem, & operatio, sicut in Patre, & Filio eadem potentia, origo, & relatio spirandi.

Definita est hæc sententia in Concilio Lugdun. cap. Fideliter, de summa Trinitate, Spiritus Sanctus aternaliter ex Patre, & Filio, non tanquam ex duobus principijs, sed tanquam ex vno principio; non duabus spirationibus, sed vna spiratione procedit. Quod verò Concilium ait, tanquam ex vno principio, non ponitur causa moderanda sententiæ, quod principium hoc non sit vnum, sed quasi vnum; sed explicat potius verè esse principium vnum, & tanquam ab vno Spiritum Sanctum procedere; vt quoque exponitur illud Ioan. 1. Quasi Vnigeniti à Patre plenum gratia, & veritatis. Hoc est verè Vnigeniti, & vt decebat Vnigenitum. Ita ergo Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, tanquam à principio vno, scilicet seruata illa vnitatem, & perfectione, quam seruant ea, quæ ab vno principio procedunt. Similiterq; dixit, non tanquam à duobus principijs, hoc est, non sicut cætera, quæ principia habent plura coniuncta, & partialia, subiectaq; alia alijs. Nam hæc erant argumeta Gregoriorum contra Latinos; Latini verò palam conclamauerunt se non duo principia, sed vnum constituere.

Est autè & aliud obseruandum in Concilio, quo dubium omne propellatur; definitur enim Spiritum Sanctum procedere non duabus spirationibus, sed vna spiratione. Non potest ergo Concilium exponi, quod definit spirationem esse vnam specie; quia dum vnâ ait, nõ duas, aperte

mè, quod aliud significat, pro alio verò supponitur.

8. S. Thom.

S. August.

9. Conc. Lugd.

Ex hoc loco 1. probatio. Particula, tanquam, non est hic moderatiua sententiæ.

Ioan. 1. quasi, id est, verè.

2. probatio.

10. 3. probatio clara ex eodè loco.



apertè refutat numerum spirationum. **A** Imò duo homines simpliciter duo sunt, vnus autem homo nō sunt, nisi adicias, sunt homo specie vnus, vt significetur vnitas in specie. Concilium verò vtrūq; absolutè definit, & non esse duas spirationes, & esse vnā. Concilium verò Florent. in literis sanctę vnionis hoc idē confirmat verbis non minùs perspicuis, *Ex vtrūq; aternalitèr tanquā ab vno principio, & vnica spiratione procedit.* Notandum est quòd spirationem vnica vocat; vnicū enim est vbi duo non sunt; vt Filius vnicus qui est vnigenitus: spiratio ergo vnica non patitur spirationes numero distinctas. Quamobrem dubiū haudquaquam est, fuisse hanc sententiā in ijs Concilijs definitam.

## CAPVT XXXVII.

*Argumenta refelluntur.*

**Q**uòd in Patre, & Filio sint duę spirationes, aut specie distinctę, aut numero, probatur non spernendis argumentis. Primò, potentia spirandi sub ratione eadem non est communis Patri, & Filio; ergo non spirant sub ratione eadem. Probatum antecedit, potentia spirandi antecedit spirationem; & est quid notionale, vt omnes ferè Doctores fatentur; sed ante spirationem nihil notionale est commune Patri, & Filio: ergo potentia spirandi non est communis Patri & Filio; ergo neque spiratio communis, sed alia spiratio erit in Patre, alia in Filio.

Secundò, In ijs quę à materia seiuncta sunt quodlibet discrimen efficit formale distinctionem; sed Pater spirat vt primus spirator, Filius verò vt secundus spirator; ergo ex spirationes rationibus formalibus distinguuntur. Et confirmatur, quia Pater per se est primus spirator, Filius per se secundus; in ijs autē quę sunt per se, quodlibet discrimen essenziale est; maximè verò in principijs, cum secunda per se pendent ex primis. Et ad hoc argumentum pertinet quod S. August. ait 15. de Trinit. cap. 17. Patrem esse principium principale producentis Spiritum Sanctum; cum ergo Filius non sit principium principale, erit sanè aliud principium.

Tertiò, Filius vna relatione filiationis

refertur ad Patrem & matrem: pater tamen & mater duplici relatione, imò specie distincta, vt ait S. Thom. referuntur ad Filium; eò quòd mater est principium aliqua ratione passiuum, pater verò omninò actiuum; ergo eodem modo cum Pater, & Filius referantur ad Spiritum Sanctum ordine quodam; quia Spiritus Sanctus procedit à Patre per Filium; ex illo diuerso fundamento originis, quia est à Patre per Filium, non verò à Filio per Patrem; distincta erit relatio in Patre, & in Filio; vnica verò in Spiritu Sancto, qua ad vtrumque referatur.

**B** Quartò, Primus spirator & secundus distinguuntur inter se etiam origine; quia spirare à se, & spirare ab alio significat vnum spiratorem esse ab alio per originem: ergo hæ duę spirationes meritò censentur in Patre, & Filio esse distinctę, inter quas etiam origo interfit.

**C** Quintò, Si spiratio actiua esset res communis reali communitate, vt Deitas, oporteret coniungi cum proprietatibus singularibus, quibus reddatur incōmunicabilis: sed hoc est impossibile. Probatum, quoniam proprietates personales, ac singulares Patris, & Filij sunt quidē proprietates naturę diuinę, non verò sunt proprietates spirationis actiuę. Et confirmatur, quoniam natura diuina, eò quòd absoluta est, oportet incommunicetur per proprietates relatiuas; ergo spiratio actiua eò quòd relatiua est, incommunicanda erit proprietatibus absolutis, quas in Deo esse negamus.

**D** Sextò, Id quod est commune prius natura cognoscibile est, quàm differentię contrahentes; quare impossibile est vt proprietates incommunicantes ordine cognitionis antecendant ipsum commune; sed Paternitas, & filiatio antecendant spirationem actiuam; ergo non incommunicant illam; ergo spiratio nō est re ipsa communis. Quòd si respondeas, spirationem actiuam reddi incommunicabilem per relationes consequentes. Hoc quidē absurdum est; tum quia ex relationes consequentes spirationem, inauditę sunt; tum quia non esset inter eas relationes ordo originis; quare non essent distinctę; eademq; de illis difficultas constaret, si cōcederes esse distinctas, & incommunicabiles, sicut si concedas duas distinctas spirationes incommunicabiles. Dicendam ergo potius est ipsam actiuam

Simile,

Cōcil. Flor.

Vnicum est vbi duo non sunt,

S. Thom.

4. argum.

5. argum.

1. argum.

2. argum.

Confirm. 1.

Confirm. 2. ex S. Aug.

3. argum.

Confirm.

6. argum.

Responso quædam.

Refellitur 1. Secundò.

Tertiò.



actiuam spirationem distinctam esse, aliam in Patre, aliam in Filio.

Septimò, Spiratio actiua non communicatur Filio; ergo non est communis Patri, & Filio, sed alia spiratio erit proprietas in Patre, alia verò proprietas in Filio, si sit vtraque incommunicabilis. Probatur antecedens, Quicquid cõmunicatur Filio est terminus generationis, omnia enim accepit per generationem; sed spirare non est terminus generationis; hoc enim esset confundere origines; ergo spiratio non communicatur Filio.

Vltimò, Si spiratio esset communis Patri, & Filio, sequerentur veræ contradicentes, scilicet, Hæc res communis Patri, & Filio non est Spiritus Sanctus, indicando spirationem actiuam; & Hæc eadem res communis (indicando naturam communem, quæ est res eadem quæ spiratio) est Spiritus Sanctus.

*Aduertenda.*

**I**llud vnũ est hoc cap. obseruandũ, ita omninò certum esse spirationem nõ esse specie distinctam, sicut & numero: nam quæ specie distinguuntur, etiam sunt distincta numero: Concilia autem definiunt non duas esse spirationes, sed vnã, imò vnicam; non ergo sunt duæ etiã specie distinctæ spirationes; sed vna, eadẽq;. Verũ est quòd peius erraret circa res diuinas, qui poneret duas spirationes solo numero distinctas, quasi materiã discretas; vbi enim materia non est, distinctio semper est formalis, & non sola numerica. Præterea, si spirationes essent specie distinctæ, Spiritus Sanctus procederet à minori vnitare, quæ nõ esset vnitare realis, sed rationis; procederet enim ab vno in genere, aut specie, sed non ab vno indiuiduo: imò esset vnitare analogi; quia in Deo nõ est genus, aut species, vt libr. 5. dicemus. In qua analogia duæ spirationes conuenirent, ipseq; Spiritus Sanctus esset minùs vnus; quod fuit argumentum Methonis; cui etiam meritò hoc dedimus, pertinere scilicet ad perfectionem procedentis, vt principium à quo procedit, sit perfectè vnũ; vnitare enim perfecta indicat rei excellentiam, vt diximus libr. 1. ergo Spiritus Sanctus est à principio perfectè vno; non vnitare generica, aut specifica, aut analogica, quæ sunt vnitare rationis; quo pacto homo

**A** genitus est ab vno, quia mas & fœmina sunt specie vnũ: sed procedit Spiritus Sanctus ab vno principio, quod est vnũ vnitare reali, & indiuidua; aliàs non procedit à principio perfectò: ergo relatio principij spirantis est vna, & indiuidua. Pleraque demũm argumẽta, quibus probauimus nõ esse duas spirationes numero discretas, probant quoque eas non specie discerni, sed vnã esse in Patre, & Filio spirationem re, & ratione eandẽ.

Posthæc considerandũ est quòd ordo, etiam cognitionis, in Deo indicat distinctionem, saltẽm rationis formalis, inter ea, quæ ordinata sunt: quare ex eo quòd intellectio antecedit dilectionem, colligimus eas operationes esse distinctas, saltẽm ratione formali. Cum ergo spiratio actiua, siue relatio sit vna & eadem quasi specie in Patre, & Filio, nullus ordo potest inueniri in ipsa spiratione; cũ tamen inter ipsas personas sit ordo realis; quia Filius reali processione procedit à Patre. Aduertendum igitur est hæc nomina, primum, secundum, tertium, significare numerum: est autem Dialecticis regula præscripta, quòd numerus in adiectiuis numerat supposita; in substantiuis verò numerat non solum supposita, sed formas, quæ sunt in suppositis. Ex quibus colligimus Patrem esse primum principium Spiritus Sancti: quia in Patre suppositum est primum; & forma significata, scilicet spiratio, habet etiam rationem primi; quod enim est principium, est quoque primum. Eodem modo Filius est primum principium spirationis, & nõ est secundum principium; nam etsi Filius sit persona secunda, est tamen principium primum: quia hoc nomen principium est substantiuum, in quo numerator non suppositum solum, sed forma: sicut enim eadem ratione Pater, & Filius nõ sunt duo principia, sed vnũ; ita propter regulã eandem nominum substantiuorum, Filius non est secundum principium. Est ergo Filius primum principium Spiritus Sancti, & primus spirator: sed non est primus spirans; quia in nomine adiectiuo numeratur suppositum, Filius autem non est primum suppositum, sed secundum. Et idcirco Gennadius sectione decima testatur Latinos Patres non dicere duo principia Spiritus Sancti; sed neque primum, & secundum, quia essent duo: neque verò vnũ mistum ex primo, &

LL secun-

Probatur. 3. ex dictis.

10. 2. aduert.

Vnica est ratio formalis in spiratione actiua Patris, & Filij, cum in ea nullus sit ordo, etiam cognitionis.

Regula Dialecticorum celebris.

Cõsectarium.

Filius est primus spirator, seu primũ principium spirationis, & non est secundum principium.

Simile cõsectarium de vno spiratore.

Filius non est primus spirans.

Gennadius.

7. argum.

8. Vltimũ arg.

9. 1. aduert. Certũ est spirationem non esse specie distinctam. Probatur. 1. Aliàs esset distincta numero.

Probatur. 2.

Vnitare perfecta indicat rei excellentiam.



*Symm. Cyr. explicatur.*

secundo: Imò hoc dicentes anathematizari. Symnesius Cyrenous quarto suo hymno Verbum diuinum appellat medium principium, quod similiter intelligendum est personaliter; quia est persona media inter Patrem, & Spiritum Sanctum; à quo tamen vt à principio Spiritus Sanctus procedit.

11. Difficultas ex S. August.

Sed occurrit adhuc difficultas circa verba S. Augustini. 15. de Trinit. cap. 17. appellantis Patrem principium principale, quod nomen cum sit proprium Patris, non erit Filius dicendus principium Spiritus Sancti principale; ergo in ipsa ratione principij, est aliquod discrimen inter Patrem, & Filium, de quo, scilicet principio dicuntur termini contradicentes, scilicet principale, & non principale. Quidam aiunt non esse contra Ecclesie definitionem, quod sint duo principia non distincta re ipsa; sed distincta ratione formali. Hæc tamen sententia sapit hæresim: nam ratio formalis est rei definitio, quare si in Patre, & Filio essent duæ spirationes definitione diuersæ, illæ essent quoque re ipsa distinctæ, quod dissonat fidei: Pater enim, & Filius non cõueniunt in genere aliquo; sed quasi in specie, & in atomo, scilicet indiuiduo. Aliàs dicamus esse in Patre, & Filio duas sapientias ratione formali distinctas, nõ tamen re ipsa: & aperiretur locus infandæ hæresi. Præterea si Pater & Filius cõuenirent solum in genere quodam spirandi, & non in specie, falsò definitum esset, quod Pater & Filius spirarent vna spiratione. Nam etsi ponas re non distingui, essent quidem res vna, sed spiratio duplex; sicut in Patre est duplex origo actiua, quia distinguuntur ratione formali; cum tamen vtraque origo sit res vna. Et hæc eadem credimus hoc cap. satis esse confirmata.

Quorundam reponso.

Improbatur 1. vt hæresim sapiens.

Secundò.

In Patre duplex est origo actiua: licet vtraque sit res vna.

12. Resolutio.

Solus Pater principium principale dicitur primò, quatenus est principium vtriusque originis.

Respondendum est ergo principale non sumi à S. Augustino, vt indicet numeri principium; quo pacto dicimus secundarium, quod est penes principale: nam si indicaretur numerus, nõ esset dicendus solus Pater principium principale; sed dicitur principale, quatenus est principium vtriusque originis: quo pacto Filius non est principium principale. Et hoc modo concedimus in ipsa ratione principij esse discrimen; quia Pater est principium generatiuum, & spiratiuum, Filius verò est principium spiratiuum duntaxat. Potest etiam explicari principium principale, quod non est ab alio principio: & hoc etiam modo Filius non est principium principale. Aduertendum enim est nomina diuersimodè accipi in subiecto, & prædicato: nam etsi hæc sit vera propositio: Principium Spiritus Sancti non est à principio, vt diximus cap. 34. Hæc tamen est falsa; Filius est principium non à principio, aut Filius est principium, quod non est à principio: prædicatum enim copulatur cum subiecto, accommodando ipsi subiecto formam significatam; at non esse à principio non potest verè coaptari Filio: Cõcedimus ergo Patrem esse principium sine principio, Filium verò esse principium à principio: sed negatur consequentia, quod in ipsa ratione principij spirantis sit discrimen. Sed est discrimen in adiectis, quæ indicant diuersam originem in personis, scilicet in Patre, & Filio. Itaque indubiè tenendum est rationem principij formalem, quasi specificam esse in Patre & Filio vnam & eandem.

**A** tiuum duntaxat. Potest etiam explicari principium principale, quod non est ab alio principio: & hoc etiam modo Filius non est principium principale. Aduertendum enim est nomina diuersimodè accipi in subiecto, & prædicato: nam etsi hæc sit vera propositio: Principium Spiritus Sancti non est à principio, vt diximus cap. 34. Hæc tamen est falsa; Filius est principium non à principio, aut Filius est principium, quod non est à principio: prædicatum enim copulatur cum subiecto, accommodando ipsi subiecto formam significatam; at non esse à principio non potest verè coaptari Filio: Cõcedimus ergo Patrem esse principium sine principio, Filium verò esse principium à principio: sed negatur consequentia, quod in ipsa ratione principij spirantis sit discrimen. Sed est discrimen in adiectis, quæ indicant diuersam originem in personis, scilicet in Patre, & Filio. Itaque indubiè tenendum est rationem principij formalem, quasi specificam esse in Patre & Filio vnam & eandem.

*Responso.*

**C** AD primum argumentum respondetur potentiam spirandi esse cõmunem Patri, & Filio, non ratione proprietatis adiectæ, sed ratione naturæ, quod capite sequenti explanandum est. Cum autem dicitur nihil notionale esse commune Patri, & Filio ante spirationem, negatur: nam ea potentia est notionalis, & præintelligitur ante operationem, vt dicemus.

Ad secundum respondetur non aliud modum spirandi esse in Patre, & Filio, sed eundem: nam spirare vt primum, vel vt secundum potest duobus modis exponi, primò si vt primum, & vt secundum significet diuersos modos spirandi, & hoc negamus: deindè si vt primum, & vt secundum significet ordinem personarum quæ spirant, & hoc verum est, & concedendum. Sed tamen non faciliè permitimus Patrem esse primum spiratorem, Filium verò secundum; cum enim non sint duo spiratores, non sunt dicendi primus & secundus spirator, significatur enim ordo primi, & secundi in spiratore; sicut non est primus Deus & secundus: est tamen primus spirans, & secundus spirans; quia in nominibus adiectiuis

Secundò quatenus non est ab alio principio. Obiectioni occurritur.

Hæc est falsa, Filius est principium, quod non est à principio.

13. Ad 1. arg.

Potentia spirandi est notionalis, & est communis Patri, & Filio ante spirationem.

14. Ad 2. arg.

Si per spirare vt primum & vt secundum significetur diuersus modus spirandi, negatur. Si ordo personarum spirantium, conceditur.

Vnde patet vt supra dicitur in libro de Trinitate.



uis per hæc nomina numeramus supposita, vt in notationibus admonuimus.

15. Ad 3. Ad tertium respondetur, quod relatio Filij ad Patrem, & matrem fundatur in generatione imperfecta, ad quam duo principia distincta concurrunt: at verò relatio Spiritus Sancti in perfectissima processione fundatur, quæ à duobus principijs non est, sed ab vno & simplici. Quod verò procedat à Patre per Filium, nõ est ordo inter duas processiones Spiritus Sancti; sed inter duas personas, ex quibus Spiritus Sanctus procedit, vt postea dicemus.

16. Ad 4. Ad quartum concedo, quod primus spirans & secundus habent inter se ordinem quoque originis; quia secundus est à primo: sed is ordo, vt modò differabamus non est inter primam & secundam spirationem; sed inter primam & secundam personam spirantem.

17. Ad 5. Ad quintum respondetur spirationem actiuam communem per hoc ipsum incommunicari, quia est in personis, quæ sunt incommunicabiles, vt libro quarto explicabimus; ideòque non postulat proprietates alias distinctas relatiuas, aut absolutas.

18. Ad 6. Ad sextum respondetur spirationem actiuam aduenire personis, quæ iam sunt incommunicabiles; ideòque communitas eius non antecedit personas cognitione: nullo verò modo dicendum est istam communem spirationem per adiectas proprietates incommunicari; vt argumentum probat. Sed hæc lib. 4. disputanda sunt.

19. Ad 7. Ad septimum respondetur, quod Pater communicat Filio, præter Paternitatem, omnia quæ habet, eo modo quo intelligitur ea habere; generat autem Pater, & spirat ordine quodam; quia generatio antecedit spirationem. Ita & Filius generatur, & spirat, ordine eodem: spiratio ergo actiua in Filio est res accepta per generationem.

Filius per generationem accipit à Patre spirationem, accipiendo ab eo spirandi potentiam.

Prius intelligitur genitus, quàm spirans, sicut Pater prius intelligitur generans, quàm spirans. Et hoc pacto origines non confunduntur.

A Ad vltimum respondetur eas non esse contradicentes; quia enuntiationes quæ constant subiecto singulari, adiecto syncategoremate, hic & hic, constant profectò subiecto æquiuoco, si res alia atque alia indicetur; verbi gratia, Hic homo disputat, ostenso Petro, & Hic homo non disputat, ostenso Paulo. Nec dissimile est, quod arguendo proponitur, Hæc res, scilicet spirator, non est Spiritus Sanctus, Hæc res, scilicet essentia est Spiritus Sanctus; cum essentia & spirator diuersis conceptibus subdantur. Est ergo nomen æquiuocum, hæc res, quod potest significare relatiuum, & absolutum: cum verò ais, hæc eadem res, æquiuoco nequaquam abstinens; dicitur enim hæc eadem res identicè, non tamen hæc eadem res sub ratione eadem, & conceptu eodem: sicut si dicas, hæc res scilicet actio, & hæc eadem res scilicet passio, quæ tamen formaliter distinguuntur. Simile argumentum est de essentia & Patre; nam hæc res, si Patrem designes, non est Filius; hæc verò eadem res, si essentiam designes, Filius est. Concedendum tamen est esse rem aliquam communem Patri, & Filio, quæ non sit Spiritus Sanctus, scilicet ipsam spirationem.

20. Ad vltimum.

Essentia, & spirator est hæc eadem residenticè, non ratione formali, 1. simile.

2. simile.

CAPVT XXXVIII.

*Nomen vnus spiratoris non significat vnum subsistens, sed relationem vnam duorum subsistentium.*

D EX definitionibus Conciliorum, quod Pater, & Filius sint vnum principium Spiritus Sancti, colligunt Guilhelmus Ocham, & Gabriel hoc nomine vnus principij indicari vnum subsistens, quod vocant spiratorem. Subsistens autem est id quod habet naturam, & cuius est potentia, & operatio, vt libro 4. docebitur, & est nature indiuiduum. Quare aiunt spiratorem constitui per se vnum ex natura, & relatione; sicut de personis diuinis confitemur: hoc tamen distare istud indiuiduum à persona; quia persona est incommunicabilis; spirator autem est indiuiduum commune, quia Pater & Filius sunt vnus spirator. Hac verò tēpestate vir quidam aliàs eruditus, & in Theologicis questionibus satis versatus,

1. Sententiæ affirmantis vnus spiratorem esse vnum subsistens commune, Auctores Ocham, Gabriel.

Declaratur,

Eam auxit Molina.



fatus, opinionem istam quàm maximè comprobavit, exposuit, auxitque. Et quoniam hæc sententia non videtur probè consentiens cum fidei dogmatis, libro 4. studiosius refellenda erit, hinc verò ea, quæ in locum incidunt de principio, siue potentia spirandi, duntaxat tractanda.

2.  
Statuitur, vt doctrina fidei, quòd Spiritus Sanctus procedat à Patre, & Filio.

Primò constituendum est id quod Conciliorum decretis sancitum fuerat Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio: nam in Concilijs præcipuis, Nisseno, Ephesino, Chalcedonensi, & Constantinopolitano definitum est Spiritum Sanctum à Patre procedere: & in Euangelio hoc idem legimus, & in Symbolis decantamus. De Filio autem eadem processio decernitur in pluribus Concilijs Toletanis, & in Lateranensi, Lugdunensi, & Fiorentino, & in Symbolis legitur.

3.  
Nuper manifestata hæresis quòd Spiritus Sanctus non procedat propriè, & formalitèr à Patre, aut Filio: sed quòd procedat ab eis per accommodationem  
Exemplum.

Ex quorum Conciliorum decreto colligimus hæresim esse eam sententiam, quam in manuscriptis commentarijs dudum legi, Spiritum Sanctum non procedere propriè loquendo, nec formalitèr à Patre, aut Filio; sed procedere propriè & formalitèr ab spiratore subsistente vno. Exponunt autem quæ dicta sunt, quòd non procedit propriè, sed per accommodationem; vt Pater dicitur creare res per verbum suum, quia creantur per sapientiam, quæ Verbo appropriatur, vt libro quarto dicemus: procedere autem identicè aiunt; quia cum Pater & spirator subsistens sit res vna, in sensu identico, à Patre procedit, qui ab spiratore procedit. Hanc ergo sententiam non solùm errorem in fide, sed planè hæresim esse iudico, cum asserat contraria definitionibus Conciliorum.

4.  
Improbatur 1. illud de accommodatione, vt impertinens. Accommodatio est attributi communis pluribus, sed aliàs propriè, & per se conuenientis singulari, vni soli appropriatio.

Imprimis quod afferunt de accommodatione attributorum non est ad rem; illa enim accommodatio, siue appropriatio, vt Theologi aiunt, non facit improprietatem loquutionem: sed solùm facit vt id quod est commune tribus personis, approprietur vni; cum re ipsa non sit proprium personæ vnus, sed commune tribus. Et illud quidè commune conuenit singulis proprio loquendi modo, sed non conuenit vni soli, cui accommodatur vt proprium: verbi gratia, sapientia appropriatur (vt aiunt) Filio; quia per intellectum procedit. Ad hunc ergo modum, si spirare Spiritum

A Sanctum conuenit Patri per accommodationem, ita sanè conuenit vt Pater propriè, & per se spiret Spiritum Sanctum; sed quia spirare est commune etiã Filio, dicitur de Patre vt proprium, fortè quia Pater est primus qui spirat: aut dicitur Pater spirare propriè; quia hoc habet à se non ab alio, vt loquitur S. Hieronymus in expositione Symboli Nysseni: quo pacto de Filio non dicitur per accommodationem, vt proprium; sed duntaxat vt commune; ita tamen vt de vtroque verè affirmemus, quòd & Pater spiret propriè, & per se, non per metaphoram, aut per modum loquendi improprium; & Filius similiter spiret propriè, hoc est, non improprio loquendi modo: sicut Petrus propriè generat, licèt generare sit commune pluribus hominibus; propriè, inquam, generat, hoc est, non improprio loquendi modo.

1. ratio appropriandi Patri spirationem.  
2. ratio.

S. Hieron.

B Ad exemplum autem quod afferunt, quòd Pater creat per Verbum, hoc est, per sapientiam, quæ Verbo appropriatur à Theologis; dicendum est illud assertum esse verum proprio loquendi modo, scilicèt quòd Pater creat per Verbum suum, quæcunque creat; sicut est verum quòd Pater spirat Spiritum Sanctum per Filium: & est etiam verum per accommodationem; quia cum Pater operetur per Filium, & per Spiritum Sanctum, per Filium operatur, quatenus operatur per intellectum, per quem Filius procedit, siue per sapientiam quod est idem. Quare hoc enunciatur, Pater operatur per Verbum, non indiget explicatione, quasi verbis ipsis propriè acceptis non sit verum; neque est necesse explicare, Pater operatur per Verbum, hoc est, per sapientiam: sed dicimus Patrem operari per Verbum; quia operatur per sapientiam, vt Sanctus Thomas docet. Itaque non explicamus propositionem quasi falsam modo loquendi proprio; sed reddimus rationem asserti, sic dicendo; operatur Pater per Verbum, quia operatur per sapientiam, per quam procedit Verbum, & ita etiam per Verbum propriè operatur.

5.  
Ad exemplum. Hæc, Pater operatur per Verbum, est propositio vera, proprio loquendi modo.

Item est vera per accommodationem.

Non indiget explicatione sic, hoc est, per sapientiam: sed redditur veritatis, & accommodationis ratio sic, quia operatur per sapientiam.

S. Thom.

6.  
Improbatur 2. vt falsum. Hæc falsa, Pater est sapiens per Verbum suum, non explicatur per accommodationem.

C Aliàs verò illa propositio, Pater est sapiens per Verbum suum, non explicatur per accommodationem; sed absolute & simpliciter negatur, vt hoc libro dicemus. Neque vllus Doctorum illam explicat



Confirmatur  
improbatio.

plicat, Est sapiens per Verbum, hoc est, per sapientiam, quæ tribuitur Verbo. Et confirmatur hæc doctrina, quoniam hæc propositio absolutè, & simpliciter est falsa, Pater est sapiens per suum Verbum; quare non usurpatur à Doctoribus, sed simpliciter negatur. Ergo similiter si hæc propositio, Pater spirat Spiritum Sanctum, his eisdem verbis est falsa, & solum est concedenda explicando per accommodationem, vt aiunt; sanè Ecclesia simpliciter, & absolutè proponit credendam aliquid falsum, imò & Euangelium nos falsa docet, vbi legitur, *Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.*

7.

Cum ergo explicatio illa per accommodationem hic non habeat locum, vt comprobauimus; neque faciat sensum improprium, vt ostendimus: & sit fides catholica constans, quòd Spiritus Sanctus à Patre procedat, & à Filio similiter, hæreticum est asserere hanc loquutionem esse impropriam; quia loquutio impropria est absolutè, & simpliciter falsa, & solummodò cum aliqua explanatione commutatis verbis concedenda: quòd autem Spiritus Sanctus procedat à Patre, & Filio; ipsismet verbis est catholicè confitendum.

Loquutio impropria est simpliciter falsa, & iisdem verbis immutatis neganda.

8.

Improbatur 3. illud de processione solū identicè, vt hæreticum. 1. simile Arist.

Similiter quòd non procedat à Patre & Filio formaliter, sed identicè, hæreticum esse censeo: nam propositiones quæ conceduntur solummodò in sensu identico, simpliciter & absolutè negantur. Vnde Aristoteles libro 3. Physic. text. 19. docet, quòd agere non est pati, etsi nō sint res duæ agere, & pati. Similiter Theologi omnes absolutè negat has propositiones, Paternitas generat, vel Paternitas creat; quia Paternitas significatur per modum proprietatis, non per modum personæ; etsi in Deo Optimo Paternitas & Pater sit res eadem. Ergo similiter absque vlla hæresi simpliciter & absolutè liceret nobis concedere Patrem non spirare Spiritum Sanctum, siquidem in sensu formali non spirat; sed solum in sensu identico: quia spirator spirat, & Pater est eadem res quæ est spirator, vt isti Doctores explicant. Et confirmatur, quia hæc, Essentia diuina generat, est hæretica propositio; & tamen in sensu identico est vera, si accipiamus essentiam pro Patre: ergo si Spiritus Sanctus solum in sensu identico procedit à Patre, quia Pater & spirator est res eadem; per in-

Confirmatur  
improbatio.

A delitatem dicimus Spiritum Sanctum à Patre procedere; & catholicè confitendum est non procedere; quòd consequens planè est hæreticum.

Dicunt hi Doctores Concilia de opinione ista nihil decreuisse. Congregentur igitur Concilia iterum vt illa asserta quæ indubia sanxerunt, explicent esse decreta in sensu formali & proprio. Profectò hæreticum ego censeo negare Concilia, asserendo simpliciter contraria; quia quòd solum impropriè & identicè conceditur, negatur absolutè: absolutè ergo negandum erit Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio: Ego verò cum qui negauerit, hæreticum esse libenter ob signo; maximè cum hoc ipsum quòd prædicant Concilia, testentur Patres, & sacræ literæ consentiant. Numquid non legimus Christum Dominum dicentem de Spiritu Sancto, *Ille de meo accipiet.* Quòd Patres interpretantur de substantia diuina Filij Dei Spiritum Sanctum accipere? Quid potuit dici magis formaliter? & eo loco, huius asserti coniunxit Dominus rationem dicens, *Tua omnia mea sunt, & mea omnia tua sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet.* Innuens clarissimè Patris, & suam substantiam diuinam esse eandem; bona esse communia, quæ accipit Spiritus Sanctus: propriè ergo & formaliter procedit à Patre, & Filio, à quibus accipit quæ sunt eorum. Et confirmatur, quia in Deo procedere est accipere naturam; cum ergo non solum dicatur de Spiritu Sancto, quòd procedat de Patre, & Filio; sed etiam quòd accipiat à Filio, & similiter à Patre, formaliter hoc intelligitur: quia cui conuenit rei definitio, conuenit definitum in sensu formali; maximè enim definitio facit sensum formalem. Omnino igitur confitendum est viro Catholico Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio propriè & formaliter.

D

Quibus positis colligimus Patrem & Filium esse principium Spiritus Sancti; principium (inquam) quòd (vt aiunt) hoc est principium quòd spirat, siue quòd producit: quia Pater spirat propriè & formaliter, & Filius similiter. Colligimus etiam potentiam spirandi esse potentiam Patris, & Filij propriè, & formaliter; omnis enim operatio est ab operante habente potentiam; ergo sicut

LL 3 Pater

9. Responsio aduersariorum. Refutatur.

Quòd solum impropriè & identicè conceditur, negatur absolutè.

Improbatur 4. dicta hæresis ex Ioan. 16. n. 14.

Ibid. n. 15.

Confirmatur  
improbatio.

Cui conuenit rei definitio, maximè conuenit definitum in sensu formali.

10. 1. consecrariū.

2. consecrariū.



Pater, & Filius propriè, & formalitè spirant Spiritum Sanctum, ita propriè & formalitè conuenit eis potentia spirandi.

**II.**  
 corollariū.  
 Vnus spirator dictus à spiratione actiua n̄ est vnum subsistens commune.  
 Ratio ex dictis.

**Confirm. 1.**  
 Individuum commune spirans, si datur, prius intelligitur spirare, quàm Pater, & Filius.  
**Confirm. 2.**  
 Cum non sit persona, non spirat.

**11.**  
 Pro sententia affirmante spiratorem dictū à potentia spirandi esse vnum subsistens commune.  
 Argumentum probans duo.  
 Primum.

Secundum,  
 quod proprietates, seu relationes addita potentie antecedit operationem illius.

Ex quibus tādē colligimus, id quod hoc cap. tractamus, spiratorem non esse vnum quid commune subsistens, sed esse duo subsistentia Patrem, & Filium: natura enim diuina, quæ est communis, nō spirat, sicut n̄ que generat, vt fides docet; Pater autem, & Filius, propriè & formalitè spirant, vt docuimus secundum fidem Catholicam retinendum: ergo nō est aliquod vnum subsistens commune Patri, & Filio, quod spiret. Et confirmatur, quia id quod est commune, est cognitione prius, quàm singularia; si igitur spirator est individuum commune quod spirat, prius intelligitur illud individuum spirare, quàm Pater, & Filius; quod non potest intelligi. Confirmatur adhuc, quia spirare non est operatio naturæ, sed personæ; illud autem individuum non est persona, cum sit commune: ergo spiratio non tribuitur individuo alicui communi, sed personis duabus, scilicet Patri & Filio, quod lib. 4. validissimis rationibus firmabimus.

De potentia verò spirandi suboritur maius quid inquirendum, nam potentia generandi actiua, vt diximus, est natura diuina, addita relatione, de qua relatione inquirentes docuimus eam non esse originem consequentem, quæ est operatio ipsius potentie; sed esse ipsam relationem, quæ est forma hypostatica, hoc est, proprietates personæ, vt lib. 4. declarabimus: cum ergo potentia spirandi actiua sit communis Patri, & Filio, videtur esse necessarium, vt potentia spirandi actiua sit ipsa natura diuina, addita proprietate cōmuni Patri, & Filio, aliàs non erit potentia communis. Deinde hæc proprietates oportet vt antecedit originem, siue operationem istius potentie; potentia enim antecedit operationem: sed potentia spirandi est natura, addita proprietate; ergo ipsa proprietates addita antecedit operationem: relatio autem vt antecedit originem est forma hypostatica, vt dicemus libro 4: ergo ante operationem spirandi intelligimus potentiam spirandi simul cum relatione communi; non vt relatio ista sit forma hypostatica, quia spirator non est persona, sed vt relatio ista ad modum for-

**A** mæ hypostaticæ constituat vnum subsistens, vt isti Doctores aiunt. Et hoc confirmant auctoritate S. Thom. 1. p. q. 36. artic. 4. ad 1. vbi videtur innuere potentiam spirandi significare naturam diuinam cum proprietate coniunctam. Profectò illud coniunctum ex proprietate, & naturâ constitutum est individuum subsistens.

**B** Nihilominus per hæc eadem ducendo argumentum ostendemus perspicuè spiratorem non esse individuum subsistens: aduertendum enim est, quòd vt natura diuina sit communis Patri, & Filio, non est necesse quòd sit aliqua proprietates communis addita naturæ, qua proprietate addita sit illis cōmuni ipsa natura: proprietates enim additur, vt natura sit propria, non vt sit cōmuni; quod per se euidenter, ac manifestè liquet: quare ante omnem intelligentiam communis spirationis, quæ est in Patre, & Filio, natura ipsa intelligitur communis in utroque. Similiter igitur dicendum est de potentia spirandi, non esse necesse ad hoc, vt illa sit communis vtrique personæ, quòd intelligatur communis per aliquam proprietatem additam; proprietates enim non facit commune, sed propriū. Sed quia hæc potentia est propria Patris, & Filij, & non est in Spiritu Sancto, necesse est addere naturæ diuinæ proprietatem, quæ faciat propriam: & quia est propria potentia non vnius personæ, sed duarum, necesse est addere duas proprietates, quibus hæc potentia sit propria duarum personarum. Et hoc ipso quòd est propria duarum personarum, est cōmuni vtrique; sicut hoc ipso quòd diuina natura est propria trium personarum est communis tribus; commune enim dicimus quod inuenitur in pluribus. Et vt potentiam spirandi actiuam definiamus, additis duabus proprietatibus: Potentia spirandi est voluntas diuina, prout est in Patre, & Filio fecunda; sicut potentia generandi est intellectus diuinus prout est in Patre solo fecundus.

**D** Quòd si obijcias, vnam rem non defini per res duas, & ita potentiam spirandi, quæ est res vna, non defini additis duabus proprietatibus. Respondendum est ea quæ continentur formalitè in definito, non posse esse duas res; cum definito non sit res duæ; nam duæ res nō possunt

Confirmatur primum ex S. Thom.

**13.**  
 Sententia in titulo posita, ostenditur ratione euidenti.

Proprietates nō facit commune, sed proprium.

Potentia spirandi intelligitur propria duarum personarum, additis duabus proprietatibus.

Hoc ipso est communis vtrique.  
 Probatur.

Illius definitio.

**14.**  
 Impugnatur.

Responsio.



In obliquo due res possunt pertinere ad definitionem vnius rei.

Exemplum scientiæ.

15. Ad argum. sententiæ affirmati. Quoad secundum approbatur.

Quoad 1. de proprietate communi, negatur

Ratio negandi, supra.

Confirmatur 1. Ea proprietates cum non sit forma hypostatica, non antecedit operationem notionalem.

Confirm. 2.

Non est necessesse Patrem, & Filium esse quid subsistens commune, ut spirant.

Arist.

16.

Ea proprietates ad modum formæ hypostaticæ

possunt pertinere ad rationem formalem vnius rei, nisi sint partes eius: definitum autem est vna ratio formalis, ut diximus libro 1. Sed tamen in obliquo (ut aiunt) duæ res possunt pertinere ad definitionem vnius rei; scientia enim est scientis, & est de re scibili, & vtrumque pertinet ad definitionem scientiæ. Similiter quia potentia spirandi secundum Fidem catholicam est duorum, scilicet Patris & Filij, rectè definitur additis duabus proprietatibus, quod scilicet sit ipsa diuina natura, prout est in Patre & Filio.

Primum igitur quod proponebatur negandum est. Secundum verò affirmandum: Aimus itaque relationem additam potentiam necessariò antecedere operationem illius, ut arguendo comprobatur, & antea docueramus; & ita nos quoque; definimus potentiam spirandi actiuam additis proprietatibus Patris & Filij, quæ antecedunt spirationem. Primum autem illud inficiamur, quod sit necesse proprietatem additam, isti potentie esse communem; & causam negandi satis aperte indicauimus. Et hoc ipsum confirmatur, quod nulla sit proprietates addita naturæ diuinæ ante operationem spirandi, communis Patri & Filio: tum quia nulla est proprietates antecedens originem, siue operationem notionalem, quæ non sit forma hypostatica; est enim figmentum illud indiuiduum naturæ, quod non sit hypostasis, ut libr. 4. dicemus: Cum ergo spirator non sit hypostasis; quia est quid commune Patri & Filio, consequitur ut non sit quid constitutum ex proprietate antecedente originem, per modum quo hypostasis diuinam constituimus: tum maximè, quia illam proprietatem antecedentem originem per modum formæ hypostaticæ, omninò otiosè ponit, quod libro 4. ipsis oculis subiiciemus. Nam ante spirationem quæ est operatio istius potentie, intelligimus Patrem & Filium præditos diuina voluntate factura, & illi sunt indiuidua nature quibus maximè conuenit operari. Quid ergo deest ad operandum? quid necesse est addere proprietatem vnius subsistentis communis? Num necesse est eos esse quid commune ut spirant? Nonne actiones singularium sunt, ut ait Aristot?

Illa ergo proprietates communis, quæ ponit per modum formæ hypostaticæ; quæ non facit hypostasis, sed indiui-

duum, quid necessaria est ad operandum? Nonne satis est Patrem, & Filium esse hypostases, ut operentur? Dicendum ergo haud dubiè est, nullam proprietatem communem inueniri in Patre & Filio ante spirationem, ut est operatio potentie; sed ipsam potentiam esse communem, addita non vna proprietate, sed duabus, ut iam hoc capit. declarauimus.

Quod verò afferunt ex S. Thom. non obstat huic sententiæ: nam etsi eo loco indicet spiratorem quodammodo significare essentiam cum proprietate; proprietates tamen significatur solummodo in obliquo, ita ut res significata sit essentia, ut S. Thom. q. 41. art. 5. scite docet; quare non consequitur ut ex proprietate, & essentia constituatur subsistens spirator: maximè cum ea proprietates communis sit origo, & relatio consequens non antecedens potentiam, ut probauimus; origo autem & relatio consequens non constituunt diuinam subsistentiam, ut libro 4. dicemus. Quod verò in spiratore eodem loco ponit S. Thom. vnam proprietatem communem Patri & Filio, intelligit ipsam operationem spirandi, quam potentia indicat: quæ spiratio à potentia ducta, dicitur etià proprietates à Theologis, licet sit communis duabus personis. Nam potentia spirandi, si definiatur per ea quæ antecedunt operationem, oportet ut definiatur additis relationibus duabus Patris & Filij, ut sunt formæ hypostaticæ; sicut potentia generandi definitur addita relatione Patris, ut est forma hypostatica. Si verò definiatur per suam operationem, ad eum modum quo potentias alias definimus, rectè explicatur per operationem consequentem; & ita potentia spirandi significat naturam addita vna proprietate communi, scilicet operatione spirandi, quæ est vna in Patre & Filio. Et iuxta hæc quæ diximus, idem Doctor Sanctus q. 41. art. 5. in corpore artic. affirmat potentiam generandi esse naturam diuinam addita relatione; sanè non ut relatio est, sed ut proprietates, siue forma hypostatica. Et in responsione ad 3. ait potentiam generandi indicare generationem in obliquo, scilicet ut propriam operationem ipsius potentie.

Côtra hæc vnum opponitur argumentum hoc loco refellendum, cetera libr. 4.

ticæ constituens non hypostasis, sed in diuidu communi subsistens, otiosa est.

17. Ad confirm ex S. Thom.

respod. ex eodè

Corroboratur responsio ex dictis.

Idem ibidem explicatur. Vna proprietates communis est spiratio.

Per hanc etià definitur potentia spirandi, ut per suam operationem consequentem.

Idem alibi.

Potentia generandi indicat generationem in obliquo.

18. Argum. cõtra hæc.



1. pars.

Secunda.

20.

Aduertend.

Nomina verbalia aliquando significant potentiam, aliquando operationem.

21.

Ad 1. p. respō. Spirator est per se habens potentiam spirandi: & est per se spirans.

Ratio.

Vtraque significatione non est vnum individuum, sed duo

22.

Ad 2. partem.

Responso.

proponemus. Arguunt in hunc modum: Spirator per se spirat; ergo per se habet potentiam spirandi: potentia autem spirandi est essentia; & id quod habet essentiam est subsistens.

Pro confutando argumento obseruandum est nomina à verbis ducta aliquando significare potentiam, aliquando operationem; vt moderator, significat eum, qui habet munus Reipublicæ administrandæ, & eum etiam qui Reipublicam administrat. Similiter nomen spirator vtraque significatione potest vsurpari, scilicet pro eo qui habet spirandi potentiam, & ita hoc nomen significat potentiam formaliter; & pro eo etiam qui spirat, & hoc modo significat nomen istud non potentiam, sed operationem.

Ad argumentum igitur respondetur cōcedendo, quod spirator est per se spirans, & per se habens potentiam spirandi; quia cum hæc operatio spirandi sit æterna, semper coniuncta per se est cum potentia; quouis modo dicas, siue spirantem habere potentiam, siue habentem potentiam spirare, per se enim dicitur vtrunq; & necessario: Sed tamen vtraque significatione spirator non est vnum individuum, sed duo, scilicet Pater & Filius. Nam spirator vt significat potentiam, est per se habens potentiam, sicut album est per se habens albedinem: & vt significat operationem, spirator per se spirat, sicut omne agens per se agit, & ipsa potentia cum actu per se coniungitur, vt diximus; ita vt quouis modo dicas spiratorem per se spirare, vel per se habere potentiam, cōcedendum sit. Sed his enunciatis nihil aliud significatur, nisi quod potentia per se coniungatur cum habente potentiam, aut operatio per se cum ipsa potentia copuletur; vnde non est consequens vt habens potentiam, sit vnum quid subsistens: Sed illi meditantur spiratorem vt individuum, cui per se conueniat potentia, & operatio spirandi, quod nos omnibus modis abnuimus; non enim hoc nomen significat individuum, sed vel potentiam, vel operationem, aut etiam relationem spiratoris.

At verò ad illam partem argumenti; spirator est per se habens essentiam diuinam, siquidem per se habet potentiam spirandi quæ est essentia; ergo per se est subsistens: liceret respondere exemplo

A quodam, negando consequentiam; quia assumpta humanitate à tribus personis, hic homo est per se habens humanitatem, & tamen non est per se subsistens: sed tamen in Deo consequentia hæc est bona; nam habens essentiam diuinam est Deus, Deus autem ex propria ratione est quid subsistens, vt lib. 4. disputabimus. Dicendum igitur quod spirator vt significat potentiam, includit essentiam diuinam in ratione formali; significat enim ipsam essentiam in recto, sed non significat illam absolutè, sed additis duabus proprietatibus, Patris scilicet, & Filij; sine quibus non intelligitur spirandi potentia, vt diximus; at verò illis additis iam non intelligitur vt vnum subsistens, sed vt duo subsistentia. Quod si adhuc instes: Spirator per se est habens potentiam spirandi: & illa per se est essentia; ergo per se est habens essentiam; ergo subsistens. Respondetur quod per se est habens essentiam in sensu identico, sed non in sensu formali; spirator enim non intelligitur vt individuum naturæ, siue essentiæ, sed vt habens principium spirandi, quod est essentia: quod principium spirandi formale nõ intelligitur vt subsistens, sed vt forma subsistentis. Et ita arguitur ab eo, quod dicitur secundum quid, ad id quod dicitur simpliciter: nam habere essentiam vt principium spirandi, est habere quodammodo, & non indicat proprium subsistens, siue individuum essentiæ; habere autem essentiam absolutè, indicat subsistens in rebus diuinis. Et explanatur hoc, nam Patri & Filio habere essentiam vt principium spirandi, aduenit hyposthasibus nostro modo intelligendi; primò enim intelligimus hyposthasis istas, scilicet Patrem & Filium; deinde contemplamur in hyposthasibus potentiam spirandi, quæ est essentia vt est principium spirandi: ergo habere essentiam vt principium spirandi aduenit hyposthasibus; habere autem essentiam absolutè non aduenit hyposthasi, sed pertinet ad rationem formalem hyposthasis. Quamobrem principium est quod etsi hæc sit vera enuntiatio, spirator per se est habens potentiam spirandi, siue essentiam vt est spirandi principium; non tamen consequitur, vt sit per se subsistens, sed sunt duo subsistentia hoc nomine spiratoris contenta, vt docuimus.

Reijcitur.

Vera respō. Spirator vt habens potentiam, est habens essentiam additis duabus proprietatibus: vnde est duo subsistentia

Replicat.

Responso. Spirator formaliter est habens essentiam vt principium spirandi, seu quodam modo vnde solū idē est habens essentiam absolutè, seu subsistens.

Declaratur.

Habere essentiam absolutè nõ aduenit hyposthasi, sed pertinet ad rationem eius formalem.



CAPVT XXXIX.

*Spiritus Sanctus procedit à Patre per Filium.*

1.

Catholica Latinorum sententia, Sp. Sanctum procedere per Filium, & ex Filio.  
Rada cõtra. 16. art. 2.

Probatur. Noui Græci, quod aiunt, negant.

Confirmatur ex ordine procedentium.

**A**lia est difficultas inter novos Græcos & Latinos, aiunt quippe Græci Spiritum Sãctum procedere quidem per Filium, sed non ex Filio; Contrã verò Latini aiunt per Filium quidem, sed ex Filio quoque Spiritum Sãctum procedere. Sed hæc in superioribus quoque statuta sunt, vbi plura testimonia Græcorum Patrum recitauimus dicentium Spiritum Sanctum à Filio procedere. Quæ sententia palàm conuincitur; nam præpositio, per, non minùs causam indicat, quàm aliæ præpositiones, à, vel, ex: qui igitur aiunt Spiritum Sanctum procedere per Filium, confitentur Filium esse causam, siue potiùs principium Spiritus Sancti; ergo concedant Spiritum Sanctum procedere non solùm per Filium, sed etiam à Filio. Et confirmatur, quoniam etsi respondeant præpositionem, per, hoc loco indicare ordinem; ex ipso ordine constat eadem consequentia. Nam vbi ordine quodã procedunt plura, id quod est medium est quidam terminus prioris processions, & principium posterioris. Cum ergo Filius, & Spiritus Sanctus procedant à Patre ordine quodam, & Filius sit medius, per quem Spiritus Sanctus procedit, Filius quidẽ est terminus prioris processions, scilicet generationis; principium autem consequentis spirationis, qua Spiritus Sanctus procedit.

2.

Observatio S. Thom.

In creatis principium primũ operatur, vel p medium coniunctum, vt per suam formam. Vel per separatũ, tribuẽdo illi virtutẽ operandi.

Explicandum igitur est in quo sensu dicamus Spiritum Sanctum procedere à Patre per Filium: obseruat autem S. Thom. 1. p. q. 36. art. 3. id quod in re b<sup>o</sup> creatis philosophamur; operari enim per aliquid, est operari per operationis principium; præpositione, per, causam vel principium indicante. Sed tamen hoc accidit duobus modis; principium enim medium, per quod primum agens operatur, si sit coniunctum ipsi agenti, est causa agenti vt operetur; id quippe per quod agens operatur, est forma agentis, quæ dat esse ipsi agenti. Si verò sit ab agente separatũ, vt sunt instrumenta extranea, agens dat instrumento virtutem operandi: Et ita hoc principium per quod agens agit, non est causa

**A** ipsi agenti vt agat, sed potiùs ab agente virtutem agendi obtinet; quo etiam pacto causæ vniuersales per subiectas causas operantur, tribuendo illis, vel cõseruando operandi virtutem.

**B** Neutrum tamen exemplum processioni Spiritus Sancti quadrat; non primum, quia Filius non est quasi forma dans esse Patri vt operetur, ita enim operari per Filium, imperfectio esset Patris. Quamuis ergo Filius sit principium coniunctum Patri, non tamen est coniunctum vt forma Patris, quæ Patri det esse; sed in eadẽ forma, qua Pater, subsistit: Et ita Pater nõ operatur per Filium tanquam per principium coniunctum, à quo habeat esse & operari. Neque etiam quadrat secundum; Filius enim non est principium separatum à Patre, sed coniunctissimum; est tamen persona distincta accipiens à Patre virtutem operandi. Et in hoc sensu probè dicitur Pater operari per Filium; quia ipsam operationem habet Filius à Patre, ad modũ quo causa instrumentaria operatur, quæ est ab agente separata, quoad hoc quod accipit ab agente virtutem; & non est agentis perfectio.

**C** Deinde aduertendum est, quod ea operatio, quæ à duobus suppositis emanat, potest & cum suppositis comparari, & cum ipsa virtute operandi, quæ est in suppositis, conferri. Et ita potest inueniri ordo operandi in suppositis, & in facultatibus suppositorum. Si ergo ordinem suppositorum spectes: agentia singularia sunt proxima passis loco coniuncta, vt ignis adhæret ligno; agentia verò vniuersalia, vt sol, & primum mobile, sunt remotiora. Si autem virtutem operandi perpendas, coniunctior est virtus causarũ vniuersalium cum effectis, quã causarũ singularium, & particularium; virtus enim subiectarũ causarum pendet à virtute causarum superiorum, & illæ sunt istis causæ operandi, & quasi coniungunt causas particulares cum effectibus; quod autem extrema coniungit medium est vtrique coniunctius, vt S. Thom. docet q. 36. artic. 3. solutione ad 4. Et hoc est quod aiunt causas particulares esse immediatas immediatione suppositi; quia supposita agentis, & passis loco coniuncta sunt; vniuersales autem causas esse immediatas immedi-

3. Exemplum processioni Sp. Sancti quadrat, quoad primũ, de coniuncto; non quoad secundũ de forma

2. exemplum, viceuersa.

4. Causæ particulares sunt media, seu immediate effectis, immediatione suppositi.

Vniuersales immediatione virtutis.

S. Thom.

immedi-



immediatione virtutis; quia virtus vniuersalium coniungit virtutem particularium causarum cum effectu.

Igitur quia prepositio, per, significat ordinem causæ mediæ; vtrumque verè dicitur, & quòd causæ vniuersales operantur per particulares, & quòd ipsæ causæ particulares operantur per vniuersales causas. Cum ergo dicimus agentia vniuersalia operari per singularia, ordinem suppositorum indicamus; quia agentia singularia sunt mediæ. Cum verò asserimus singularia operari per vniuersalia, ad virtutem operandi attēdimus; eò quòd virtus causarum vniuersalium mediæ sit inter virtutem causarum singularium, & effectum illarum. Et ita prepositio, per, in causis semper indicat id, quod est medium.

Duo ex dictis consecutaria colligimus, alterum quòd Pater operatur per Filium, si ordinem suppositorum attendas; etenim cum ordine procedendi prius intelligamus Filium genitum, & deinde ab eo genito Spiritum Sanctum procedentem; Filius absque dubio mediæ est inter Patrem, & Spiritum Sanctum. Et confirmatur, quoniam agentia vniuersalia operantur per agentia particularia, dum illis tribuunt virtutem operandi, & Rex operatur per Balliū, vel Proregem, auctoritatem operandi illi delegans; sed Pater dat Filio virtutem operandi, & auctoritatem spirandi; ergo operatur, atque spirat per Filium.

Alterum consecutarium est, quòd Filius nullo modo producit Spiritum Sanctum per Patrem, aut operatur per Patrem: quod evidentè ostenditur ex modo dictis. Prepositio enim, per, significat ordinem causæ mediæ; Pater verò in nullo sensu est mediæ inter Filium & Spiritum Sanctum, neque vsquam à Patribus mediæ dicitur; ergo Filius nō operatur per Patrem. Et ratio in expedito est; causa enim prima, sola virtute est mediæ inter causam secundam, & effectum; quia coniungit virtutem causæ secundæ cum effectu; per hoc scilicet, quia virtus causæ secundæ est distincta à virtute causæ primæ, ab eaque pendens, & per eam cum effectu coniuncta. Cum ergo eadem virtus Patris & Filij sit, imò eadem operatio; non potest intelligi quòd Pater virtutem Filij coniungat cū Spiritu Sancto, eaque ratione sit medi-

us inter vtrumque. Quod clariùs ostenditur; si enim ordo suppositorum spectetur, Pater non est mediæ: si ordo virtutis, nullus est; cum virtus sit vna & eadem: ergo nullo pacto Pater est mediæ; ergo in nullo sensu probè dicitur Filius per Patrem spirare, aut operari. Deniq; confirmatur, non enim eundemmet sensum efficit, quòd Pater operetur per Filium, & Filius per Patrem, cum sit ordo operandi per alium inuersus: sed quòd Pater operetur per Filium, significat ordinem suppositorum; ergo quòd Filius operetur per Patrem, alium sanè ordinem significat: alius autem ordo fingi non potest, nisi inter virtutem Patris, & Filij, qui tamen nullus est, cum eadem virtus sit; ordo autem est inter distincta.

Quamobrem hac in re omninò discedendum à sententia Bartholomæi Torresq. 36. art. 3. ad finem, qui credit concedi rectè posse Filium per Patrem operari, nihilque aliud significari his verbis, nisi quòd à Patre habet operandi virtutem.

Aduertendum tamen est cū S. Thom. 1. p. q. 36. art. 3. ad. 4. quòd causæ particulares, quæ dicuntur operari per superiores causas, oportet vt sint principalia agentia; aliàs si sit instrumentum, sicut non dicitur simpliciter operari, ita neq; per aliam causam superiorem operari dicitur; verbi gratia, serra, quod est instrumentum duntaxat, & non est principale agens, sicut non facit cathedram,

ita neque per artificem dicitur facere cathedram. Ignis verò sicut generat ignem, quia est agens principale; ita per causas superiores dicitur ignem gignere. S. Thom. ponit exemplum in Balliuo, siue Regis ministro alio; quia (inquit) est Dñs sui actus (scilicet quia est agens principale) dicitur ipse operari, & operari per Regem, à quo accipit potestatem. Sed eadem est ratio de alijs agentibus principalibus, etsi non sint rationalia, neque libertate vtantur. In Deo autem in quo non est principium, vt instrumentum, sed quasi principale agens, inuestigandum est, Vtrum Filius operetur per Patrem, à quo accipit virtutem operandi, sicut agens principale inferius operatur per causam superiorem? Diximus autem ad questionem istam iam satis, Filium non operari per Patrem; & causam asserti declarauimus: quia nullo ordine operandi Pater est mediæ.

Est

5. Prepositio, per, in causis semper indicat mediæ.

6. 1. Consecutariū

Pater operatur per Filium, spectato ordine suppositorum. Ostenditur.

Confirm.

7. 2. Consecutariū

Filius nullo modo operatur per Patrem. Ostenditur.

Eadem virtus est Patris, & Filij, imò eadem operatio.

Confirmatur,

Reijcitur Torres.

8. Aduertendū est S. Thom. In creatis, agēs inferius nō instrumentale, sed principale operatur per causam superiorem.

In Deo nō sic Filius operatur per Patrem.



9.  
S. Ambros. Declaratur. Ordo innotescendi est à Sp. Sancto per Filium in Patrē. Ordo procedēdi viceuerſa.

Est etiam hoc loco notandum, quod ait S. Ambros. libr. 2. de Spiritu Sancto cap. 12. *Ex uno spiritu per unum Filium in unum Patrem cognitio nostra procedit: Ex uno Patre per unum Filium in unum Spiritum Sanctum bonitas, & sanctificatio, & imperiale ius aeterna traditur potestatis.* Non enim inuertit, aut commutat ordinem processionum: sed ordinem quidem procedendi manifeste ait à Patre per Filium esse in Spiritum Sanctum, quasi ultimum & terminū processionis; ordinem verò innotescendi immutat, Filius enim indicauit nobis Patrem, & quidem non ita aperte; Spiritus verò Sanctus Filium clarissime predicari fecit, ut potè ab eo missus; & ita ordo innotescendi ab Spiritu Sancto ad Patrem recurrit: Et hoc S. Ambros. istis verbis significauit. Eodem sensu S. Gregor. Nyssenus ad Alabium dixit actionē Dei deriuari à Patre per Filium, & Spiritum Sanctum ad creaturas; quia scilicet Pater operatur per Filium etiā virtute creatrice, & Filius simul cū Patre per Spiritum Sanctum operatur; ordine scilicet suppositorum, non ordine virtutis, quæ est vna in tribus, ut declarauimus.

*Confirmatio.*

S. Greg Nyc. Explicatur de ordine suppositorum, novitatis, qui nullus est, cum sit eadem.

10.  
S. Damasc. S. Hilar. S. Hieron. Richard. S. Thom. Conc. Flor.

Quòd Spiritus Sanctus procedat à Patre per Filium Græci Patres frequentes sunt testes, iuxta illud S. Ioann. Damasc. lib. 1. Orthod. cap. 16. *Abyssus Verbi, Verbi genitor, & per Verbum Spiritus Sancti productior.* Idem ex Latinis confirmat S. Hilar. lib. 12. de Trinitate Patrem alloquens his verbis. *Conserua hanc orofidei mea religionem, ut semper obtineam Patrem, scilicet te, & Filium tuum vnā tecum adorem; & Spiritum Sanctum, qui est per Vnigenitum tuum, promerear.* Spiritum Sanctum ait esse per Filium, hoc est, procedere per Filium. Eandem sententiā legitur apud S. Hieronym. Epistola 88. Idem docent Richard. lib. 6. de Trinit. S. Thom. 1. p. q. 36. art. 3. & in 1. d. 12. art. 3. Opuscul. 6. cap. 27. Et cum eo omnes Doctores consentiunt. Et definitum est hoc idem in Concil. Florent. in literis sanctæ Vnionis.

CAPVT XXXX.

*Argumenta refelluntur.*

1. Argum.

Vt ea quæ explicata sunt de proposita questione, differantur; arguitur

A primò contra primum assertum, quòd Spiritus Sanctus procedat à Patre per Filium. Id per quod aliquid ab alio procedit, est medium inter vtrumque; quæ autem medium habent, cōiuncta nō sunt; ergo si Spiritus Sanctus procedat per Filium à Patre, Pater & Spiritus Sanctus non sunt coniuncti.

B Secundò, si Spiritus Sanctus procederet per Filium ut per medium, nullatenus à Patre procederet immediatè, quod Patris dignitati derogat: ergo non procedit per Filium. Probatur antecedens, quoniam eadem processio non potest esse immediata, & mediata secundum rationem eandem; sed in ordine suppositorum Spiritus Sanctus est à Patre medio Filio; ergo non est ab eodem Patre immediatè.

C Tertio, si Spiritus Sanctus procederet à Patre per Filium, magis procederet à Patre. Probatur ex illo scitissimo Aristotelis pronunciato, *Propter quod unumquodque tale, & illud magis;* Sed Filius operatur propter Patrem, siquidem Pater per illum operatur; ergo magis operatur Pater: sed ubi est magis & minus, nō est eadem operatio & virtus; ergo in Patre & Filio non est eadem virtus, & operatio spirandi, quod est contra Concilium Florent. Negādum igitur est antecedens, quòd Spiritus Sanctus per Filium procedat, ne ad impossibile per consequentiam deducamur. Et confirmatur ex eodem Aristotel. lib. de causis, *Omnis enim causa prima ampli⁹ influit in effectum, quàm causa secunda;* sed Pater est principium primum, Filius verò secundum per quod scilicet Pater operatur: ergo Pater magis ac principalius producit Spiritum Sanctum; vel negandum est Spiritum Sanctum procedere à Patre ut à primo, per Filium tanquā per secundum.

D Quarto, si Pater spirat per Filium ordine quodam, consequens est ut prius spiret Pater, quàm Filius: ergo Spiritus Sanctus prius spiratur à Patre; ergo non spiratur à Filio: sicut enim quod prius intelligitur genitum, iam nō potest gigni iterum à posteriori gignente; ita neque quod prius intelligitur spiratū, potest iam spirari à posteriori spirante, scilicet à Filio: negandum ergo est quòd Spiritus Sanctus procedat ordine quodam à Patre per Filium.

Quintò

2. Argum.

3. Argum.

Aristotel.

Conc. Flor.

Aristotel.

4. Argum.



5. Argum.

Quintò arguitur contra illud secundum assertum, quòd Filius non spiret per Patrem. Pater est principale operans sine spirans, Filius verò minus principale; ergo sicut pleraque agentia minus principalia per ea quæ sunt principalia operantur, ita & Filius per Patrem.

S. August.

Antecedens probatur auctoritate S. Augustini, id enim haud dubiè asserit 15. de Trinitate cap. 7. & 26. ad finem.

S. Hieron.

Hieronymus verò in expositione Symboli Nysseni tom. 4. *Credimus* (inquit) *in Spiritum Sanctum, qui de Patre procedit propriè, & de Patre propriè esse.*

Cum ergo propriè, ac principalitèr de Patre procedat Spiritus Sanctus; Cõcedendū erit, quòd Filius Per Patrem producit Spiritum Sanctum: sicut Prorex qui minus imperat, per regem dicitur imperare, ut potè per maiorem. Idem antecedens probatur, quoniam Spiritus Sanctus hoc quod est à Filio procedere, habet quoque à Patre, ut doctè ait S. Augustin. 15. de Trinit. cap. 27. de Filio loquutus. *Ac per hoc* (inquit) *Spiritus Sanctus, ut etiam de illo procedat sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre.*

S. August.

Sed quòd procedat à Patre, non habet à Filio; quia Filius non dat Patri producere Spiritum Sanctum, sed hoc Pater dat Filio: ergo Spiritus Sanctus amplius quid habet à Patre, quàm à Filio: procedit ergo per Filium tanquam per minorem, & tanquam per principiū secundum minus principale.

Ultimò arguitur contra idem, Filius operatur per virtutem Patris; ergo per Patrem.

*Aduertenda.*

7.

1. aduert. Difficultas de Sp. Sancti à Patre processione mediata, & immediata.

Illud primum ad hoc cap. notandum est, quòd Spiritus Sanctus procedit à Patre per Filium medium, & sine medio Filio (cum tamen non procedat bis, sed semel) quod vocant procedere mediata, & immediata. Cæterum Latini immediata, quasi statim & illicò dicunt; mediata autem non usurpant. Licet tamen scholasticis verba usu emollire; & quæ apta ad differendum sunt, licentiùs usurpare. Quod ad rem est, difficultatè nobis ingerit vulgatum hoc assertū, quòd Spiritus Sanctus procedat à Patre mediata, scilicet medio Filio, & immediata quoque à Patre: nam aduerbia mediata & immediata negationem continent, sci-

A licet cum medio, & absque medio; idem autem affirmare, & negare est impossibile secundum idem. Cum ergo processio spiritus Sancti sit vna & eadem à Patre, eaque simplicissima, vel mediata, vel immediata dicenda est. S. Thom. q. 36. art. 3. ad 1. difficultatem aperit exemplo Adami, Eux, & Abelis: nam Abel ab Adamo immediatè genitus est, ut liquet; sed & mediata quoque ab eo processit, dum genitus est ab Eua, quæ de Adami costa cõdita est. Idem exemplū affert S. Gregor. Nazianz. oratione 5.

Theolog. vbi etiam adnotat duas ibi fuisse processiones nominis diuersi, eiusdem tamen substatiæ; quia Eua fuit segmentum Adami, de eo sectione costæ fabricata; Abel verò genitus & proles. Sed tamè adhuc eminet difficultas proposita; nam Eua, cum facta est diuersæ substantiæ ab Adamo (quia aliud corpus Eux, aliud Adami) continebat illa quidè Abel in lumbis suis, & ipse Abel procreatus est ex semine Eux segregato à semine Adæ, duo quippe semina erant. Qua ergo parte Abel ex sanguine Eux emanauit, Adam quoque ut auctorem Eux attingebat, nõ immediatè, sed mediata: qua verò parte ex semine Adami processit, immediatè ab ipso est progenitus. Sed processio Spiritus Sancti vna est, non duæ partiales; & de substantia omninò eadem Patris & Filij simplicissimæque procedit. Qua ergo ratione per Filium à Patre procedit mediata, & ab ipso Patre immediata?

Dicendum igitur est duobus modis questionem posse proponi, vel ut queratur de ordine suppositorum, vel ut queratur de ordine virtutis agentium, ut superius dictum est. Si de ordine virtutis est sermo, argumentum firmissimum est, quòd non ita sit hæc processio mediata, & immediata, sicut procreatio Abelis ex Adamo, & Eua: si verò ordinem suppositorum intueamur, absque dubio Filius est medius inter Patrem & Spiritum Sanctum, cum Spiritus Sanctus procedat à procedente Filio. Et adhuc Spiritus Sanctus absque medio cum Patre coniungitur, quatenus operatio, per quam procedit, propria est, intimaque Patri. Itaque operatio Filij, quatenus est filij, cõstituit Filium medium ordine suppositorum inter Patrem, & Spiritum Sanctum: quia hoc quoque, quòd Spiritus Sanctus procedat

Solutio S. Thom. Exemplum Adami, Eux, & Abelis.

Nazianz.

Obiectio.

Abel procreatus est ex semine Eux diuerso à semine Adæ.

8. Responf. asserendo mediatione ordine suppositorum, negando eadem ordine virtutis & operationis, quæ eadem est in Patre, & Filio.



S. August.

procedat à Filio, à Patre est, vt notavit S. August. 15. de Trinit. Et eademmet operatio quatenus est etiam Patris, nihil medium habet inter Patrem, & Spiritum Sanctum, quod est oculatè considerandum.

9.

2. Aduert. Pater non magis aut principalius spirat, quam Filius. S. Thom. Ostenditur.

Alterum facilius est quod obseruetur, Patrem non magis aut principalius spirare, quam Filium. De qua re S. Thom. in sent. d. 12. q. 1. art. 2. & 3. quoniã & virtus, & operatio vna eadèq; est in Patre, & Filio; & per hoc quod est in Patre, nihil additur ad virtutem, & operationè, quod hæc adaugeat, aut perficiat; additur enim sola relatio ad aliud: per hoc autè quod est ad aliud, Pater nihil habet in se amplius, quam Filius; ergo neque virtutè, neque operatione Filio vllatenus præcellit. Eodè enim candore vnù non potest esse alio candidius.

Exemplum,

10.

3. Aduert. Difficultas, An ordine rationis prius spiraret Pater, quàm Filius? Scotus negat.

De ordine tamen spirandi est maius dubium. Nam Ioan. Scotus in 1. d. 12. q. 1. ne concedat Spiritum Sanctum prius spirari à Patre, quàm à Filio, ait Patrem non prius spirare, quàm Filium; loquitur autem de ordine cognitionis: de prioritate enim reali, aut naturæ nullù est dubium, quin Pater & Filius simul naturà spirent, vt hoc lib. demonstrabimus. Ipse autem Scotus facit sermonem de signis rationis, quæ sunt antecedentia ordine intelligendi. Et quod lib. 8. art. 2. cum dixisset Patrem prius origine operari, quàm Filium, se ipsum quasi corrigit, & exponit hoc quod ait, Patrem prius origine operari, referèdum esse ad virtutem operandi, quam prius origine habet Pater quàm Filius; & ita est ordo in virtute operandi, quæ est prius in Patre, sed nõ in ipsa operatione. Miror tamen non vidisse Scotum virum argutum, id quod erat ante oculos, scilicèt operationem communem Patri, & Filio prius intelligi in Patre, quàm in Filio; aliàs Filius non acciperet illam: quod enim accipitur prius est in dante, quàm in accipiente. Et hæc est insita ratio intelligendi; aliàs neque virtus operandi est prius in Patre, quàm in Filio ordine rationis. Et quidè de operatione essentiali hoc manifestè liquet; ea enim est diuinum attributum, & ipsa essentia, quæ prius intelligitur in Patre dante, quàm in Filio accipiente: sed de operatione notionali, scilicèt de spiratione, probatur idè. Nam teste S. Augustino loco in 5. argumèto

Resolutio est affirmatiua. Ostenditur,

Quod accipitur prius intelligitur in dante, quàm in accipiente.

Sic spiratio actiua. S. August.

recitato, ipsum producere Spiritum Sanctum Pater dat Filio, & Concilium Florent. decernit Patrem omnia dedisse Filio præter Paternitatem; & ipsam spirationem dedisse Filio inde colligit ipsum Florent. Concilium sect. vltima. Et omnes Doctores consentiunt nihil Filium habere præter hyposthaticam formam, quod à Patre non habeat: ergo ipsa spiratio actiua prius intelligitur in Patre dante, quàm in Filio accipiente. Et hæc quidè perspicua sūt. Imò ipsa relatio spiratoris conceptu relatio, qua Pater & Filius referuntur ad Spiritum Sanctum, prius intelligitur in Patre, quàm in Filio: hoc enim conuincit argumentum dantis, & accipientis.

B

Dicendum igitur est, ordine rationis prius Patrem spirare, quàm Filium; ita tamen vt ipsum spirare, absque vlla omninò differentia, quod intelligitur prius in Patre, intelligatur deinde in Filio. Et ita in operatione ipsa spirandi nullus omninò est ordo, sed duntaxat in personis spirantibus; quod sæpius in his quæstionibus admonuimus. Et vt rem magis declaremus; Si per impossibile actio, quæ est in vno mobili, transfret in aliud eadem numero, eundem effectum sortiretur ex parte actionis, si nihilo esset variata: Quod si esset eadem numero cum aliqua tamen varietate accidentis, esset quoque varietas in effectu. Non dissimiliter, quia spiratio actiua est vna, & eadem in Patre, & Filio absque vlla varietate, sed simplicissima vnitatis constans; etsi prius intelligatur in Patre, quàm in Filio; eodem prorsus modo procedit Spiritus Sanctus ab utroque. Cætera inter respondendum expendemus.

D

Operæ precium hinc etiam erit commentari illam Sancti Augustini sententiam, quod Spiritus Sanctus hoc etiam habet à Patre, vt à Filio procedat. Nam si exacta loquendi norma à Philosophicis disciplinis petenda sit, persona diuina non accipit suam processionem, aut suam proprietatem, vt ad finè libri huius differemus. Sed ampla quadam loquendi facultate permessa, Spiritus Sanctus hoc ipsum accipit, quod procedit. Cum ergo Spiritus Sanctus procedat à Filio procedente, posset videri fortasse, quod nostro intelligèdi modo, dum Filius accipit

Ccc. Florèt.

Sic relatio spiratoris.

In inspiratione ipsa nullò omninò est ordo, sed duntaxat in spirantibus.

Declaratur exemplo.

S. Augustini sententia recitata in arg. 5. explicatur. Personadiuina rō accipit suā processionem, aut proprietatem in rigoroso, sed in amplo modo loquendi. Dubiolum.



Responſio.

In proceſſione Filij nihil intelligimus Sp. Sanctū accipere, ſed ſola ſua proceſſione accipit.

Declaratur.

S. Auguſt. ſentētia cautē explicanda. Sp. Sanctus habet à Patre vt procedat à Filio: non autem habet à Filio, vt procedat à Patre.

Hinc ſolū colligitur Filium habere à Patre ſpirare, quod à Filio Pater nō habet.

Non verò Sp. Sanctū à Patre habere aliquid amplius quā à Filio non habet.

S. Auguſt. alius locus explicatur.

cipit à Patre auctoritatem & virtutem ſpirandi; iam in hoc Spiritus Sāctus accipiat, quod Filius id accipit, quod Spiritus Sāctus accepturus à Filio eſt. Hoc tamen falſum eſt; cum enim Spiritus Sāctus non ſit in Filio, aut in Patre tanquā in virtute agentis, vt libro 5. docebim⁹; in proceſſione Filij nihil intelligimus Spiritum Sanctum accipere; non enim accipit aliquid tanquā in virtute, ex qua poſtēa proceſſurus ſit; ſed ſola ſua proceſſione accipit. Nam Filius qui eſt in lumbis parentum, iam in illis parentibus dum generatur, accipit vt ex illis poſſit poſtēa generari: quod non eſt de Spiritu Sancto dicendum; cum non ſit in Filio tanquam in virtute actiua. Quod ergo S. Auguſtin. ait Spiritum Sanctum habere à Patre, quod procedat à Filio, cautē explicandum eſt; ſcilicet quod per Filium habet hoc à Patre, vt à Filio procedat. Itaque ſicut ſpirare Spiritum Sāctum habet Filius à Patre, ita ſpirari à Filio habet Spiritus Sāctus à Patre, ſcilicet per medium Filium; quia ſpiratur à Filio habente ſpirandi operationem à Patre. Nihil ergo amplius omninō habet Spiritus Sanctus à Patre, quod à Filio non habeat: ab vtroque enim habet ſpiratum eſſe. Quod autem ſpiratus ſit à Filio, habet quidem à Patre: ſed hoc nō eſt Spiritum Sanctum habere amplius à Patre; ſed Filium à Patre aliquid habere, quod Pater à Filio non habeat: Explicatur hoc, nam in Spiritu Sancto ſolū inuenimus ſpiratum eſſe à Patre & Filio, quod eſt ſimplex quædam proceſſio omninō vna & eadem; Filius autem habet à Patre ſpirare, quod à Filio Pater non habet. Dum ergo dicimus Spiritum Sanctum hoc etiam habere à Patre, vt à Filio ſpiretur, nihil aliud ſignificamus, quā Filium accepiffe à Patre ſpirationis operationem, quo Filio medio Spiritus Sanctus ſpiratur; ita tamen vt ſpiratus nihil à Patre accipiat amplius, quā à Filio, nihil, inquam, aut eſſentiale, aut notionale: quia & eſſentia & notio, ſiue proprietas, & proceſſio omninō ſunt ſimplicia. Prætereā, Pater dedit Filio ipſam ſpirationem, qua Filius ſpirat; ſed vt rectē admonet S. Auguſtin. lib. 11. de Trinitate. Hoc quod illi Pater dedit, non iam exiſtenti, & nondum habenti: ſed quidquid vnigenito Verbo dedit, gignendo dedit, quod nō

A eſt ita intelligendum vt generatione acceperit ſpirationem, ſed eſſentiam qua ſpirat, ad quam ſequitur ſpiratio: & ita dedit Filio ipſum ſpirare, vt actum conſequentem eſſentiam in Filio, quod hoc lib. explicamus; & ideo ſubiicit. Sic eum genuit, vt etiam de illo donum commune procederet, id eſt, Spiritus Sanctus.

S. Thom. in ſentent. art. 2. ad 4. hoc idem argumentum videtur tractare, doctēque obſeruat totam proceſſionem Spiritus Sancti à Patre eſſe, totamque à Filio: cum autem ſimplex ſit, non poſteſt aliter eſſe à Patre, aliter à Filio: ait tamen non eſſe eam proceſſionem à Filio ſecundum omnem ſui habitudinem, ſcilicet quia nō ſiſtit in Filio, ſed ad Patrem tranſit à quo procedit per Filium: id autem non accidere, quatenus Spiritum Sanctum cum Filio comparamus; quia æquē à Patre & Filio procedit; ſed quatenus Filium ipſum, à quo Spiritus Sanctus eſt, cum Patre cōferimus. Itaque ex parte termini operationis, qui eſt Spiritus Sāctus, omninō eſt vnitās; ex parte verò principij eſt ordo, non in ipſa ratione principij, ſed perſonarū, quæ in vnitāte principij conueniunt; quia vna eſt ab alia. In forma autē cum arguitur; Spiritus Sanctus habet aliquid à Patre, quod non habet à Filio: negatur. Et cum indicatur Spiritū Sanctū habere à Patre vt procedat à Filio, non autē habere à Filio vt procedat à Patre: conceditur totum cum Sancto Auguſtino; ſed per ea non ſignificatur Spiritum Sanctum habere aliquid ab vno, & non habere ab altero; ſed alterum ab altero aliquid habere, ſcilicet Filium à Patre ſpirationis operationem habere, quam non habet Pater à Filio. Itaque cū S. Thom. ait quod proceſſio Spiritus Sācti nō eſt à Filio ſecundum omnē ſui habitudinem, non debet explicari de habitudine ex parte ipſius Spiritus Sācti; ſed quatenus relatio Sp. Sācti ad Patrem, & Filium terminatur, vt ipſe S. Doctor ſtatim inſinuat: neque etiā de habitudine formali, quæ eſt ſimplex non ſolū in Spiritu Sancto, ſed alia etiā oppoſita in Patre & Filio habitudo, ſiue relatio ſimplex eſt: ſed explanādus eſt in ſeſu materiali (vt aiunt) ſcilicet de perſonis, quæ in habitudine ſpiratoris cōueniunt; in ijs enim eſt ordo; & quatenus Sp. Sāctus reſpicit Filium, per eundem,

C

D

13. S. Thom. Aſſertio, proceſſionē Sp. Sancti non eſſe à Filio ſecundum omnem ſui habitudinē

Argumentum in forma.

Reſponſio.

S. Thom. Aſſertio explicatur de habitudine in ſeſu materiali, & quatenus terminatur ad plures ſpirantes



eundem, Patrē quoque respicit. Et hæc erunt lib. 3. diffusius tractanda.

*Responsio.*

**A**D primum respōdetur quod medium secundum substantiam, aut essentiam, separat extrema secundum essentiam: neque enim possunt esse idem in essentia, ea inter quorum essentias est aliquid medium, ut obseruat S. Thom. loco recitato art. 5. Sed suppositū quod subsistit in eadem essentia, solo ordine procedendi potest esse mediū, quod nō obstat coniunctioni essentiali Patris cū Spiritu Sancto. Sed neque obstat aliās, ut Pater quoque & Spiritus Sanctus sint supposita immediata, quatenus per operationē Patris Spiritus Sanctus procedit.

Ad secundum respondetur negando consequentiam; nam Spiritus Sanctus est à Patre immediatē, & mediatē secundum ordinem suppositorum, non tamen sub eadem ratione: nam quatenus procedit à Filio procedente, est mediatē à Patre non spirante, sed generante Filiū: quatenus verò est à Patre spirante, est immediatē ab illo. Quod si arguas, Spiritus Sanctus non est à Patre nisi spiratus, ergo duntaxat est immediatē ab illo. Respondetur negando consequentiam, nam Spiritus Sanctus est à Patre spiratus per Filium; & hac ratione est à Patre generante nō se, sed Filium: quare liquet mediatē etiam à Patre Spiritū Sanctum procedere.

Ad tertium respondetur cum S. Th. 1. p. q. 36. ad 2. & in sentent. d. 12. art. 2. ad 2. quod theorema illud Aristotelis intelligitur in causis quarum est substantia diuersa; nam ubi forma est eadē non potest esse magis, & minus. Iterum dicitur, idem explicandum esse de causis totius speciei; verbi gratia, calor ignis est virtus efficiendi omne calidū: est ergo maior omni alio calore extra ignem; aliās calidum non superatur à calido à quo efficitur; neque nepotes ab auis magis procedunt quam à parentibus, qui ab eorum auis processerunt, quam solutionem argumenti S. Thom. ex Auic. depromsit. Ad confirmationem respondetur certum esse illud axioma ex libro de causis, quod causa prima magis influat; sed intelligitur quidem de causa, scilicet quæ secundū substantiam differt ab effectu: & ita quoque causa prima, & secunda differunt etiam secundum substā-

tiā, quia causa secunda est quasi effectus primæ. In diuinis autem non est causa, sed principium, quod est secundū substantiam idem cum eo quod est à principio: quare non consequitur, ut principium primum magis influat. Præterea iam docuimus Patrem quidem esse primum principium negatiuè, quia non est ab alio; sed non esse primum numerando, quasi Filius sit principium secundū, sed sunt vnum, & idem principium spirationis; argumentū autem depromitur à causa prima, quæ est distincta à secunda, ita ut sint causæ duæ, quarum prima magis influat, quā secunda. Denique intelligitur de causa prima totius speciei, ut modò dicebamus.

**B** Ad quartum respōdet Ioannes Scotus Patrem non prius spirare, quam Filium. Hoc tamen falsum esse conuicimus. Et quidem frustra se vexat Scotus in re hac; nam & in naturalibus sol prius naturā generat hominem, quā homo hominem: homo enim generat motus à sole; & tamen non hoc fit ut homo genitus in illa prioritate naturæ, iterum gignatur; quia generatio est vna, & eadem actio hominis & solis, licet prius naturā à sole, quā ab homine oriatur. Dicendum igitur est istam prioritatem naturæ

**C** indicare ordinem inter causas, nō inter actiones, aut inter effectus. Itaque hæc enunciatio, Homo prius naturā gignitur à sole quā ab homine, nō indicat quod sit ordo prioritatis inter generationē & generationem, aut inter genitū & genitū, quod est impossibile; sed significat ordinē inter causā, & causam, Et cū arguis ab actiua ad passiuā, Sol prius generat hominem, ergo homo prius generatur à sole; explicandum est eadē prioritate pertinente ad causam: actiua enim & passiuæ vox idem significat, modo intelligēdi diuerso: ergo prioritas in vtroque enunciato vocis actiue, & passiuæ eadem prioritas est, scilicet inter causas, nō inter actiones, aut effectus. Præterea in rebus diuinis planior est argumenti confutatio, tum quia non est prioritas naturæ, sed solus ordo suppositorum ex parte principij, ut diximus: tum quia spiratio passiuæ est res distincta ab spiratione actiua. Quare licet in spiratione actiua reperiat ordo suppositorum; in spiratione tamen passiuæ, quæ est vnius suppositi, nullus est

**D** ordo: MM 2

Pater est principium primū negatiuè, non verò numerando.

17. Ad 4. argum. Scoti Responsio.

Refellitur. Generatio hominis prius naturā à sole, quā ab homine oritur.

Vera respōsio. Hic ordo prioritatis est inter causas, nō inter actiones, aut inter effectus.

Replica.

Soluitur.

In diuinis est planior respōsio.

Spiratio passiuæ est res distincta ab actiua, & est vnius suppositi nō duorum.

14. Ad 1. argum.

S. Thom. Medium ordine procedendi non obstat coniunctioni in essentia, & etiā in supposito sub ratione spirantis.

15. Ad 2. Arg.

Sp. Sanctus est mediatē à Patre non spirante, sed generante Filium.

Replica.

Responsio.

16. Ad 3. argum. Idem.

Explicat 1. axioma Aristot. de causis diuersis substantiæ.

Secundò ex Auicenna, de causis totius speciei.

Ad cōfirm. Aliud axioma, explicatur vt precedens.



ordo: quare non prius intelligitur Spiritus Sanctus spiratus à Patre, quam spirat à Filio; sed ex parte spirationis passivæ simul ab utroque procedit, & non prius, aut posterius, etiam nostro more intelligendi. Concedendum igitur est quòd Pater prius spirat prioritate rationis, & quòd Spiritus Sanctus prius spiratur à Patre; ita tamen ut prioritas intelligatur ex parte principij inter supposita, & nullo modo ex parte procedentis, ut declaratum est.

Pater prius spirat prioritate rationis.

18.  
Ad 5. argum.

S. August. Dicens Sp. Sanctum procedere à Patre principaliter, explicatur ut supra cap. 37. n. 12. Idem.

Durand.

S. Hieron. explicatur dicens Sp. Sanctum procedere à Patre propriè, id est, Patrem hoc habere à se ipso proprium, seu non acceptum.

Ad quintum negatur antecedens, quòd Spiritus Sanctus minus principaliter procedat à Filio more philosophico loquendi; principium enim primum, siue principale à minus principali principio differt secundum substantiam, siue essentiam, ut diximus. At verò S. August. dixit Spiritum Sanctum procedere à Patre principaliter; quia Pater dat Filio hoc ipsum, ut Spiritus Sanctus procedat ab illo; & ita principium principale significat quandam dignitatem in Patre, de qua lib. 3. disputabimus. Et ipse S. Augustin. ita se explicat cap. 7. recitato in argumento. Durand. in 1. d. 12. q. 2. explicat quòd sit principale, hoc est, à se ipso non ab alio. At verò S. Hieron. ait Spiritum Sanctum procedere à Patre propriè, non ut Dialectici usurpant, scilicet in proprietate sermonis; quasi à Filio impropria, & inusitata loquutione procedat, quod est contra fidem; neque etiam à Patre propriè, quasi hoc sit soli Patris: sed quia proprium hoc est Patris in alia significatione, scilicet ab alio non acceptum; Filius autem à Patre accipit ut Spiritus Sanctus ab ipso procedat: nec verò S. Hieron. dixit Spiritum Sanctum non procedere à Filio propriè, sed dixit procedere illum propriè à Patre; sed tamen videtur indicasse Patrem hoc habere à se ipso proprium, id est, non acceptum. Quo sensu Spiritus Sanctus non procedit propriè à Filio; quia Filius non habet hoc à se, sed à Patre ut ab eo Sp. Sanctus procedat. Sententia verò S. Augustin. qua arguebatur Spiritum Sanctum aliquid habere à Patre, quòd à Filio non habeat, hoc nempe quòd procedat à Filio, fuisse in advertendis explicatur.

19.  
Ad ultimum. Filius operatur per virtutem Pa-

do antecedens, quòd Filius operatur per virtutem Patris; sed negatur consequentia, quòd operetur per Patrem:

**A** nam prepositio, per, indicat causam mediam, ut diximus. Ita Filius operatur per virtutem Patris, scilicet acceptam à Patre; & illa prepositio, per, indicat mediam esse inter Filium, & operationem, ipsam virtutem operandi, quæ à Patre accipit. Cùm verò colligitur, Ergo operatur per Patrem: significatur Patrem esse medium inter Filium, & operationem Filij, quod est falsum; & solum accidit in causis secundis, quæ pendent à primis, ut exposuimus. Quòd si obijcias bonam esse consequentiam; Ego operor per virtutem Dei, ergo per Deum. Respondetur consequentiam esse bonam in materia, sed non formalem: Cum enim causa creata dicitur operari per virtutem Dei, intelligitur per virtutem distinctam à virtute divina, pendentemque ab ea; ex quo consequitur ut virtus divina sit media inter virtutem creatam, & operationem; Unde illud est consequens, quòd causa creata operetur per Deum: Cum verò dicitur, Filius operatur per virtutem Patris, intelligitur per eandem virtutem quæ est in Patre, & Filio. Et ita Pater nullo modo est medius inter Filium, & operationem.

tris, id est, acceptam à Patre.

Non operatur per Patrem.

Replica.

Responsio. Causa creata operatur per virtutem Dei, id est, à Deo pendentem, & consequenter per Deum.

## CAPVT XLI.

*Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, ut à duobus.*

**D**E hac etiam questione actum est inter Græcos & Latinos; quia Græci ideo quoque processionem à Filio negabant, non modò quòd crederent duo principia poni à Latinis; sed quòd ipsū binarium à ratione principij spirantis excluderent. Ideoque apud Hugonem Etherianum lib. 1. cap. 10. ad finem, probant Spiritum Sanctum non procedere à Filio; quia Spiritus Sanctus est unitas; unitas autem à dualitate non est; ergo Spiritus Sanctus non procedit à Patre & Filio, etiam ut duæ personæ sunt.

Hugo Etherian. negat Spiritum Sanctum esse simpliciter unitatem, quatenus persona est: nam unitatem refert ad essentiam divinam, quæ est summa unitas; unitates autem personarum, sicut & binarium, & ternarium, ait non simpliciter dici aut unitates, aut binarium; sed solùm dici cum adiectione unitates personarum.

1. Questio inter Græcos & Latinos.

Græcorum argum. apud Hug. Ether.

2. Idem Respondet.



Reijcitur.

In Deo à dualitate vnitas dimanat.

1. Aduert.

1. sensus questionis, fidei assertio.

2. Aduert. S. Thom.

Sp. S. procedit à Patre & Filio, vt sūt vnū neutralitè, & ab iisdē, vt sunt duo masculinè.

S. Thom.

Ad argument. Græcorum. 1. Responso

rum. Nihilominus concedendum est esse simpliciter vnitates, sicut & esse simpliciter numerum, nō entium, sed reū, vt libro 1. docuimus: & omnino concedendum est à dualitate vnitatem dimanare, scilicet, à duabus personis, quatenus duæ sunt, vnā procedere.

Vt igitur huic difficultati faciamus satis, aduertendum est in duplici sententiā questionē hanc posse tractari, quod scilicet Spiritus Sanctus procedat à Patre & Filio, vt à duobus. Primò, vt simpliciter significetur numerus personarum à quibus procedit, & hoc secundum fidem Catholicam asserendū est; simul enim vtrumque verè & catholicè confitemur, Spiritum Sanctum procedere à principio vno, & à personis duabus.

Qua in re obseruandum est cum S. Thom. in sentent. lib. 1. d. 11. q. 1. art. 4. in hoc asserto reduplicatiuam dictionem modò indicare operationis principium, modò ipsos operantes: cum enim vna ratio principij, scilicet vna virtus, & vna operatio sit in duobus operantibus, cum dicimus Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio, vt vnū sunt; dictio reduplicans indicat vnitatem principij: Cū vero dicimus quod procedit ab iisdem, vt plures sunt; dictio eadem reduplicans significat dualitatem, siue binarium operantium. Quare absque ratione ambigitur, Vtrum istorū absolutè, proprièque dicatur vtrumq; enim absolutè, proprièque, ac simpliciter dicitur. In altero enim asserto dicitur Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio, vt sunt vnū in genere neutro, non vt sunt vnus: in altero verò eum procedere ab iisdem, vt duo sunt, scilicet genere masculino vnus & vnus: ergo sensus diuersus est; nam in priori asserto agitur de vnitate principij nomine substantiuo; in posteriori de numero personarum nomine adiectiuo. Et vtrumque pronuntiatum (vt potè cum alterum alteri nequaquam repugnet) cum omni proprietate loquutionis verū est, ac simpliciter cōcedendū, quod facit S. Thom. 1. p. q. 36. art. 4. ad 1. Et in 1. d. 11. q. 1. art. 2. & 4.

Ad argumentum verò Græcorū respondemus, quod sicut nō imminuit vnitatem Patris, quod ab eo procedant duæ personæ; ita nō detur vnitatem Spiritus Sancti, quod à duabus personis vnus pro-

cedat. Rursus perfectio vnitatis personalis in Deo penes vnitatem essentia persan- da est, vt lib. 1. docuimus; cū ergo Spiritus Sanctus procedat à duabus personis, quæ sunt vna essentia diuina, procedit à principio maximè vno. Adhuc respondetur in processione non attendi personam operantem vt persona procedens ab illa accipiat proprietatem, aut vnitatem; persona enim operans, & eius vnitas est incommunicabilis: sed spectatur operantis virtus, & virtutis vnitas quæ comunicabilia sunt: cū ergo virtus spirandi sit vna essentia in Patre, & Filio, eadēq; cū sua vnitate comunicetur; Spiritus Sanctus nihil minus vnus est, quàm si ab vna persona procederet. Quod verò attinet ad relationem, etiam in Patre & Filio relatio qua Spiritum Sanctum respiciunt, vna eademque est, & origo vna, vt diximus.

Et quoniam quæ sunt diuina necessaria sunt, hanc quoq; questionem Doctores agitant, scilicet, Vtrum dualitas personarū sit per se necessaria ad spirandum? Sed in verbis istis aliqua delitescit equiuocatio, quasi vna persona non possit spirare, possint autem duæ; & sit defectus potentia in vna & altera persona, & in duabus simul potentia non deficiat: quod rectè Ioannes Scotus refellit. Alij aiunt dualitatem personarū ad spirandum requiri, vt conditionem sine qua non: Sed conditio etiam sine qua non, indicat aut potentia impedimentum, aut defectum. Dicendum igitur est dualitatem personarum esse per se necessariam ad spirandum, ex intrinseca ratione spirationis actiua, quæ respicit per se necessariò personas duas. Et ita hæc necessitas nō reuocatur ad principium formale, quod est potentia siue essentia, vt Scotus obijcit; sed ad personas spirantes, quia per se necessariò est à duobus, ex ipsius originis natura, quā dicim⁹ spirationem, vt explicatū est.

Alter sensus questionis est, de quo Doctores scholastici discordant, Vtrum procedat Spiritus Sanctus à Patre, & Filio, vt à duobus, ita vt dualitas personarum per se pertineat ad principium istius processions, sicut per se ad illam necessaria est vnitas principij? Et quoniam in rebus diuinis nihil est per accidens, sed omnia per se insunt, & confitendum est Sp. Sanctum procedere non per accidens sed per se à Patre, & Filio, non hoc est quod in questionem vocamus; sed illud

Secunda.

Tertia.

Non vnitas personæ sed virtutis, est communicabilis.

Questio quoad punctum controuersum. Equiuocatio detegitur.

Refellitur à Scoto.

Quorūdam opinio. Refutatur vt ad finem huius cap.

Resolutio.

Obiectio coti.

Occurritur.

7. 2. Sensus questionis qui est punctum controuersum.



Vtrum ad ipsam rationem formalem processionis Spiritus Sancti necessarium sit ut a personis duabus deriuetur.

8. Alia questio praui.

Affertio. Trinitas non pertinet ad rationem formalem creationis ex parte principij, sed Deitas. Probatur ex S. Thom.

Colligitur difficultas questio in 2. locis.

9. Sententia Scoti quoad hoc affimilans spirationem creationi.

Cartus.

Probatur 1.

Secundo.

10.

Aduert.

difficilius, Vtrum ad ipsam rationem formalem processionis Spiritus Sancti necessarium sit ut a personis duabus deriuetur?

Ergo ut ista questio, quae arguta est, declararetur magis, praemittamus breuiter disputationem aliam: Vtrum creatio rerum ita sit a tribus personis diuinis, ut Trinitas personarum pertineat ad rationem formalem creationis ex parte principij? Constitutum enim est, & fide Catholica firmatum, operationem Deitatis qua res creatae constant, esse communem Trinitati, & per se operari simul tres personas diuinas: & tamen ad rationem formalem creationis (ut opinamur) non pertinet ut operetur Trinitas, sed Deitas. Nam si (quod est impossibile) non esset Trinitas, adhuc Deitas operaretur, quod docet S. Thom. in 1. d. 11. quest. 1. art. 1. & clarius art. 4. ad 2. & d. 29. art. ultimo, ad 2. & 1. p. q. 36. art. 4. ad 1. Similiter igitur videri potest, quod etsi processio Spiritus Sancti per se a Patre, & Filio deducatur, hoc tamen non proueniat ex intima ratione processionis; quia si, quod est impossibile, non esset Filius, adhuc Pater solus produceret Spiritum Sanctum.

Ioan. Scot. in 1. d. 12. q. 1. affirmat dualitatem personarum non pertinere hoc modo ad processionem Spiritus Sancti quae est spiratio, sicut neque Trinitas personarum ad creationem: Cum eo consentit Dionys. Carthus. d. 10. q. 2. art. 4. ad 2. Et hoc probare possumus, tum ex parte potentiae; quia potentia in vna persona est abunde sufficiens ad spirandum; tum ex parte operationis, quia nihil videtur desiderari in vna persona habente potentiam quominus spiret, nisi impediatur: Quod autem remoueamus aliam personam, non est impedimentum; sed esset potius defectus potentiae in persona quae manet, si non operaretur, quasi indigeret iuuamine alterius: Pater autem & Filius non iuuant se operando, cum vterque habeat totam virtutem spirandi.

Ergo ut huic thesi faciamus satis, disputabimus tum ex parte potentiae, tum ex parte operationis. Et quidem de ipsa potentia aduertendum est, potentiam quamcumque non accipere ab hypostasi in qua est vim vllam operandi; imò ipsa potentia nihil aliud est, nisi operandi

vis & facultas. Quare hoc solum habet ab hypostasi ut quia potentia, per se non operatur, hypostasis operetur per potentiam: quod si potentia per se subsisteret, nihil iam indigeret hypostasi ad operandum: ut si calor subsisteret per se sine substantia & hypostasi, ipse calor operaretur. Ex quibus illud iam colligimus quod Trinitas personarum non est necessaria ad rationem formalem creationis; quia virtus creatrix, quae est diuina essentia, per se subsistit, & nihil expectat ab hypostasibus, ut lib. 4. docuimus, quominus per se ipsam operetur. Colligitur secundo quod virtus spirandi non idcirco pertinet per se ad personas duas, quia habet a duabus vim aliam quam operandi, quam non habeat ab vna sola persona: imò neque ab vna, neque a duabus simul habet vllam omnino vim operandi, ut antea docuimus. Et quoad hoc per accidens est quod sit in vna, vel in duabus. Tertio adhuc colligimus quod virtus spirandi, quia non spirat neque operatur per se, sed est duntaxat virtus spirantis (est enim potentia haec ipsa essentia quae non spirat, sed est spirationis formale principium) ex intima ratione formali postulat eas personas, quae sunt ad spirandum necessariae. Et hoc obseruat S. Thom. locis commemoratis enarrans discrimen inter operationem creandi & spirandi, quod illa est operatio naturae, haec vero est operatio personae: quare in ratione formali creationis non clauditur Trinitas personarum; in conceptu vero spirationis clauditur binarius Patris & Filij, ut statim dicemus. Quare & potentia spirandi, quae non spirat, sed est spirantis virtus, in suo conceptu claudit personas necessarias ad spirationem; quia est operatio non naturae, sed personae.

Sed explicandum est quomodo spirandi potentia claudit in ratione formali personas duas: videtur enim consequi, quod pro partibus Ioannis Scoti obijcitur, ut non sit potentia vnus, & alterius personae singulariter, sed duntaxat sit potentia duarum personarum simul; quod est falsum: nam Pater singulariter habet perfectam potentiam spirandi, & similiter Filius. Ad hoc explicandum recollenda sunt, quae diximus de communitate potentiae spirandi, additis duabus relationibus proprijs Patris & Filij: est enim haec potentia communis vtrique per hoc

Potentia subsistens nihil indiget hypostasi ad operandum.

1. Consectariu. Ratio assertio- nis de creatio- ne.

2. Consect. Reijcitur ratio quaedam necessitatis duarum personarum ad virtutem spirandi.

3. Consect. Vera ratio.

S. Thom.

Nature est creare: Personae spirare.

II

1. Conclusio. Spirandi potentia claudit in sua ratione formali personas duas.

Obiectio pro Scoto.

Responsio ex dictis supra.



hoc quod utrique est propria addita proprietate personali; quare et si ponamus in vna, & altera persona singulatim potentiam spirandi, non tamen ponimus in vna persona proprietatem alterius.

Claudit duas non confusè, sed singulatim & distributè.

Explicatur.

12. conclusio. Similiter spiratricis potentia actus, qui est mutua dilectio. Fundamentum validum.

Responsio quorundam pro Scoto.

Refellitur. 1.

Secundo.

Voluntas ante actum non est mutua.

Tertio.

Quarto.

Hęc igitur potentia claudit in sua ratione formali personas duas, non confundendo personas, sed singulatim; quia est singulatim non solum vnus, sed etiam alterius: quare non sequitur vt in Patre necessaria sit dualitas personarum ad spirandum, sed consequitur vt non solus Pater spiret, quod est verissimum. Et explicatur hoc magis; nam ista potentia spirandi est alicuius hypostasis, cum per se non operetur; & hoc ipso quod est potentia Patris, est per se potentia Filij cum sint illis omnia communia. Quare non minus clauditur in ratione formali istius potentie Filius, quam Pater; at verò in ratione formali potentie creatricis non clauditur Pater, aut Filius, aut Spiritus Sanctus; & idcirco Trinitas non pertinet ad rationem formalem creatricis potentie.

Procedamus deindè ad operationem istius potentie actiuam, quæ est duplex, vt postea docebimus; scilicet dilectio qua se diligunt Pater, & Filius, & ipsa spiratio actiua. Est enim argumentum Theologorum comune, & validissimū; Spiritus Sanctus procedit ex dilectione mutua, qua Pater, & Filius se diligunt, vt Patres testantur, quos loco suo commemorabimus; dilectio autem mutua est inter personas duas: ergo ipsa operatio potentie spirandi, quæ est mutua dilectio, indicat personas duas. Respondent quidam pro Scoto, Patres loquutos de dilectione mutua, non actuali, sed virtuali; hoc est, non de actu diligendi, sed de potentia, quæ est voluntas; & illam dici mutua, quia ab illa oritur mutua dilectio. Hęc tamen interpretatio valde inutilis est, tum quia dilectio non dicitur potentia, sed actus diligendi; tum quia dum dicitur mutua, indicatur ipse actus; nam voluntas ante actum non est mutua: tum denique quia si esse mutua voluntate non pertinet ad spirationem, frustra inculcant Patres prodire Spiritum Sanctum de mutua voluntate, siue illa sit potentia, siue actus potentie. Quod si mutua voluntas pertinet ad spirationem, etiam fatendum est personas duas inter quas mutua intercedit dilectio, ipsa spiratio-

ne comprehendi. Sed et si Patres perperam interpretentur, argumentis tamen, quæ commentario non fulciuntur, sed ratione, suo loco confirmabimus, personam diuinam procedere non solum de potentia, sed de operatione essentiali, scilicet Filium de intellectione, Spiritum Sanctum de dilectione mutua Patris, & Filij. Haud scitè etiam Ioannes Scotus explicat Patrum proloquium, quod Spiritus Sanctus sit nexus Patris, & Filij d. 1. q. 1. ad 1. existimans idcirco dici nexum, quia producitur à duobus: quo etiã pacto ait creaturas posse dici nexum, in quo tres persone creando necuntur. At verò Patres, vt suo loco videbimus, non idèo nexum vocant Spiritum Sanctum, quia producitur à duobus: sed quia ex mutua dilectione duorum procedit; & quia duæ persone diligunt se Spiritu Sancto. Quæ verissima pronuntiata Scotus negat.

De spiratione verò actiua dicendum est, quod et si demus Scoto personam non procedere de dilectione mutua Patris, & Filij, sed de sola potentia voluntatis; adhuc spiratio actiua est duarum personarum ex propria ratione spirationis.

Potentia enim spirandi est voluntas, & est secundum principium, vt potè secundæ originis, vt ipse Scotus cõcedit; quare sicut intellectio ex propria ratione antecedit voluntatem: ita & productio verbi antecedit productionem amoris. Spiratio igitur actiua, quæ est ipsa amoris productio, consequitur generationem Verbi: quare consequens est, vt ipsa ex propria ratione formali ducatur à Verbo. Est enim operatio ex propria ratione formali deriuata non à natura operante, quia natura non spirat, sed à persona. Eadem autem operatio ex propria ratione consequitur personas duas, quæ prima origine constant; ergo ex propria ratione est à personis duabus. Et confirmatur, quia hæc operatio est per se à persona aliqua primæ originis ex intima ratione formali, cum sit origo secunda; & non est magis ab vna persona quam ab alia, vt fides docet; ergo est per se à duabus ex propria ratione formali: Itaque sicut generatio viuientis ex propria ratione est à viuento coniuncto; ita spiratio actiua ex propria ratione est à Patre, & Filio; singulatim tamen & distributè, ita vt sit à Patre, & sic à Filio, & sit simul

MM 4 à duo-

Persona diuina procedit non solum de potentia, sed de operatione essentiali.

Scotus perperam explicat Patrum dictum

Spir. Sanctus cur dicatur nexus Patris, & Filij. Duæ veritates negatae à Scoto.

13. conclusio. Similiter alter eiusdem potentie actus, qui est spiratio actiua, ex propria ratione est duarum personarum. 1. fundament.

Productione Verbi ex propria ratione productio amoris est posterior.

Confirm.

Spiratio est origo secunda.

Exemplum.



Syllogismus conditionalis. Si non est prima origo, non est secunda.

14. Responso.

Refellitur. Non dualitas ut sic, sed res duae pertinent per se ad spirationem.

15. Aduertendū.

Præfens quæstio procedit in sensu absoluto, de rebus ipsis ut sunt.

16. 2. fundamentum euidens de spiratione.

à duobus, ut explicatum est. Itaque faciamus syllogismum conditionalem: Si non est prima origo, non est secunda; si duae personae non antecedunt non est prima origo, quæ scilicet constat duabus personis genitore, & genito; ergo si duae personae non antecedunt, non est origo secunda; sed origo secunda est per se à personis primæ originis, ergo est per se à duabus personis.

Quod si respondeas secundam originem esse quidem per se à persona primæ originis, sed non ab vna, vel à duabus; quia vnitas vel dualitas per accidens est ad operationem. Occurrendum est huic responsioni; neque enim nos dicimus dualitatem pertinere per se ad spirationem, quatenus dualitas est; potius enim vnitas pertinet ad operationem, quam dualitas: sed aimus res ipsas duas, scilicet Patrem, & Filium per se conuenire cū ratione formali spirationis; eò quod spiratio conuenit per se cum persona primæ originis, & non potius cum vna quam cum alia; ergo per se cū vtraque. Itaque ex hoc quod hæc operatio est personalis, & est origo secunda, est à duabus personis primæ originis ex sua propria ratione formali.

Quo in loco perspicacius aduertendum est quæstionem istam non versari in solo sensu conditionali, Si esset solus Pater, spiraretne ille solus? vel si Filius non spiraret, spiraretne Pater? de quibus capite sequenti dicemus: sed quæritur in sensu absoluto; Vtrum dualitas personarum per se conueniat ad rationem formalem spirationis? Nam quæstio in sensu absoluto, est de rebus ipsis ut sunt: dicimus igitur quod spiratio actiua, quæ modò est res diuina, includit in sui ratione formali, ut sit à personis duabus. Quod si impossibilia cogitando fingamus, erit forsan spiratio actiua alterius rationis meditanda, de qua diuersa quoque dicenda erunt.

Confirmatur igitur nostra sententia argumento ducto ab spiratione passiuâ; nam spiratio passiuâ est res distincta à generatione Filij; quod si ipsa spiratio non esset à Filio deriuata, non distingueretur ab illo, ut disputabimus postea; ergo propria ratio spirationis passiuæ, non constat, nisi sit simul à Patre, & Filio. Quod argumentum euidens est; & eodè ostenditur spirationem actiuam esse à

A duobus; nam actiua & passiuâ spiratio sunt ab eodem petenda: sicut ergo spiratio passiuâ ex ratione formali propria est à personis duabus, aliâs non distingueretur re ipsa à generatione; ita & spiratio actiua, quæ respondet passiuæ, à duobus est.

B Ad finem istius capituli aduertendum est, quod nonnulli aiunt in spiratione actiua dualitatem personarum esse conditionem agentis, sine qua non constat actio. Quod videtur innuere S. Thom. d. 11. art. 2. vbi explicat Theologum pronunciatum, quod Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, ut duo sunt, dicens notam reduplicantem indicare conditionem agentis; ergo illa dualitas est conditio agendi. Sed hæc opinio minimè placet, tum quia conditio aliquo modo reuocatur ad genus causæ; & idcirco refutauimus eorum sententiâ, qui opinantur relationem additam potètiæ notionali esse conditionem operandi: tum etiâ quia si dualitas est conditio, aliquo modo Pater, & Filius se se iuuant spirando, quod non est dicendum. Igitur S. Thom. non loquitur ibi de conditione, quæ sit in re ipsa ut causa, sed de modo ipso loquendi; quia spiratio non intelligitur, nisi à duobus, & si duo non sint non est spiratio. Est ergo dualitas conditio posita in ipso enunciato; at verò in re ipsa dualitas est necessaria; non quia dualitas est, sed quia Pater & Filius, in quibus est dualitas, conueniunt per se ad rationem formalem spirationis actiuæ, quæ est necessariò ab illis.

C Confirmatio.

D Quid Spiritus Sanctus procedat à duobus ex propria ratione formali suæ processions, comprobatur ex eo quod est communis amor Patris, & Filij; vnde & Spiritus idem nuncupatur communicatio 2. Corinth. 13. interprete S. Thoma cum alijs, & à S. August. 19. de Cinit. Dei cap. 24. dicitur esse Patri, & Filio communis; quod idem ait 6. de Trinit. cap. 5. Familiare etiam est Patribus ut Spiritum Sanctum dicant nexum Patris, & Filij, & amborum charitatè. Quod confirmat Concilium Tolet. 11. in confessione fidei; ergo Spiritus Sanctus, qui est Patris, & Filij communicatio, & amborum nexus, & charitas, ex propria ratione

17. Quorundam responso.

Probant ex S. Thom.

Reijcitur. Dualitas personarum non est conditio sine qua non. Probatur. 1.

Secundò.

S. Thomas loquitur de dualitate ut de conditione posita solum in modo intelligendi, & enunciandi.

18.

Spir. Sanctus dicitur communicatio. 2. Cor. 13. S. Thom. S. August. Dicitur nexus & charitas.

Conc. Tolet.



Est sententia Richard.

tione formali ab ambobus procedit. Et ea est expressa sententia Richard. lib. 3. de Trinit. cap. 16. asserentis potentiam generandi in Patre intelligi perfecte, spirandi verò potentiam non nisi in Patre & Filio; quia amore mutuo Pater, & Filius spirant: quod idem docet eleganter lib. 6. cap. 10. *Communio*, inquit, *matris fuit, ut sic dicam, causa unius originis, scilicet Filij: communio amoris fuit causa originis alterius, scilicet Spiritus Sancti.* Et lib. 15. cap. 14. ait non posse duas Deitatis personas ab vna sola procedere, sed vnam esse, nempe Filium, que ab vna sola procedit: ergo Spiritus Sanctus non potest ab vna sola persona procedere. Eadem est mens Doctoris Sancti 1. p. q. 37. art. 1. ad 3. *Ex hoc ipso (inquit) quod Pater & Filius mutuo se amant, oportet quod mutuus Amor, qui est Spiritus Sanctus, ab utroque procedat.* Idem docet 1. p. q. 36. art. 4. ad 1. & lib. 1. Sentent. d. 11. art. 2. & 4. vbi ponit discrimē inter spirationem, & creationē hoc cap. explanatum, quod creatio sit operatio naturæ, spiratio verò personæ. In eadem persistit sententia d. 19. art. 4. & de Potētia q. 10. art. 5. ad 15. Suffragantur Doctores quique præcipui Alexand. Alenf. q. 43. ar. 4. memb. vltimo, Durand. in 1. d. 29. q. 3. ad 1. Richar. d. 11. q. 1. Heruē d. eadem, Thomas Argent. q. 2. Henric. Gandau. in summa art. 54. q. 6. ad 8. & alij Recentiores cum Thomistis, & Thoma Caiet. q. 35. art. 4. ad 1. p.

S. Thom.

Ponit discrimen supra assignatum inter spirationem, & creationem.

Alex. Alen. Durand. Richard. Heruæus. Argent. Gandau. Caiet.

CAPVT XLII.

Argumenta refelluntur.

1. Pro aduersarijs assimilarijs creationi spiratione actiuā auctoritas S. August.

**Q**uod duæ personæ non sint per se necessariae ad spirationem actiuā, probatur auctoritate S. Augustin. 5. de Trinitat. cap. 14. *Fatendum (inquit) est Patrem, & Filium vnum principium esse Spiritus Sancti, non duo principia: sed sicut Pater, & Filius vnus Deus, & ad creaturā relatiuē vnus creator, & vnus Dominus: sic relatiuē ad Spiritum Sanctum, vnum principium.* Ergo eo modo se habent tres personæ relatę ad creaturam, sicut duæ personæ ad Spiritum Sanctum: sed Trinitas non pertinet ad rationem formalem creationis; ergo neq; ad spirationem dualitas personarum. Et probatur argumentis non spernendis.

Primò, Potentia spirandi ita est perfecta in solo Patre, sicut in solo Filio, & sicut in vtroque simul; aliàs non esset singularitè in vno & altero, sed simul in duobus quasi se iuuantibus; neque esset per se singularitè in alterutro: cum ergo sit in Patre singularitè perfecta potentia spirandi; etsi Filius non spiraret, posset Pater spirare, vtpotè habens perfectam spirandi potentiam, cui nihil deest.

2. 1. argum.

Secundò, Pater non fit potentior genito Filio, quia nihil habet à Filio; ergo tota eius potentia est à se ipso; ergo etiā Filio non spirante spiraret Pater. Probatur consequentia, quia Filio non spirante nihil deesset in Patre; aliàs aliquid habet à Filio. Et confirmatur, quia Pater prius habet potentiam ordine rationis, quàm illam communicet Filio; ergo etsi non communicaret illam Filio, adhuc haberet potentiam spirandi: imò & ipsam spirationem adhuc haberet; quia prius illam habet, quàm communicet.

3. 2. argum.

Confirm.

Tertiò, Quod potentia creandi communicetur Filio, & Spiritui Sancto, per accidens est ad rationem creationis, etsi hæc potentia per se communicetur: ergo etsi potentia spirandi per se communicetur Filio, hoc est, per accidens ad spirationem.

4. 3. argum.

Quartò, Potentia spirandi est voluntas perfecta præsentis obiecto diligibili, & fecunda; sed hoc totum est perfectum in vna persona; ergo non est necesse vt sit in duabus: aliàs erit perfectior potentia in duabus personis, quàm in vna, quod est impossibile, vt lib. 3. dicemus.

5. 4. argum.

Quintò, Dilectio mutua diuinarum personarum nihil addit dilectioni, qua esse-tiam diligunt, nisi relationem rationis; ergo etsi Spiritus Sanctus procederet à dilectione non mutua, idem ipse qui nunc est procederet; nam relatio rationis ex parte principij non variat terminū processions.

6. 5. argum.

Sextò, Si Spiritus Sanctus procederet à solo Patre etsi non distingueretur à Filio, vt S. Thom. vult, adhuc tamen esset Spiritus Sanctus, vt ipse Doctor Sanctus permittit; ergo quod procedat ab vno non variat rationem formalem processions: adhuc enim procederet per modum amoris; ergo non pertinet ad rationem formalem istius processions, vt procedat à duobus.

7. 6. argum.

Vltimò, Actio non sumit speciem ab hypo-

8. Vltimū arg.



hypostasi, sed à virtute actiua; ergo quòd spiratio actiua sit ab vna persona, vel à duabus, non immutat rationem formalem spirationis, sed est hoc per accidens ad spirationem.

*Aduertenda.*

**A**Ntequam respondeamus argumentis, examinandum est, quonam discrimine à Ioanne Scoto distemus: imperitia enim est verbis disceptare eos, qui mente cōsentiant. At verò sunt qui pro partibus Scoti fateantur potentiam spirandi nō esse proximam operationi, nisi in duabus personis, eo argumento, quo præcipuo vsi sumus; quia ordine processionum potentia generandi prius intelligitur educta in actum, quam potentia spirandi; generatione autē constant duæ personæ. Si ergo simul confitentur (quod res ipsa cogit) hunc ordinem per se pertinere ad rationem formalem istarū processionum; nihil superest quo dissideamus; est enim consequens vt dualitas personarum pertineat per se ad rationē formalem principij spirantis: quod S. Thom. docet; neque enim vsquam loci asseruit Doctor Sanctus dualitatem esse conditionem, aut perfectionem potentia spiratiua quasi adiuuantem, vt cap. antecedente declaratum est. Scotus verò videtur existimasse dualitatē esse per accidens in ratione principij spirantis, sicut Trinitas est per accidens in creatione. Quod & eius argumenta indicant; & anxia responsio ad illud, quòd Spiritus Sanctus procedat ex dilectione mutua, quo fit vt dualitas in mutua dilectione pertineat ad principium spirandi per se, quod Scotus negat. Quòd si ille concordat, libentè cum Scoto consentimus.

Deindē aduertendum est, cum Theologi aiunt dualitatem personarum esse necessariam ad spirandum, posse hoc intelligi duplicitè; vel quòd personæ duæ sint necessariae eò quòd in duabus personis sit vis aliqua spirandi, quæ non est in vna; sicut duo homines sunt necessarij ad portandum lapidem: & hoc sensu omnino est falsum, quòd dualitas sit necessaria, quia non est maior vis spirandi; neque vlla conditio quasi requisita, in duabus personis, quæ non sit in vna; aliàs vna persona singulatim non spiraret, quod

**A**probè nobis obijciunt. Alius sensus est illius propositionis, quòd dualitas personarum sit necessaria, eò quòd ipsa vis spirandi per se sit in duabus personis. Et hoc etiam Scotistæ non negant; sed nos adiicimus cum S. Thom. hoc ipsum cōtineri in ratione formali spirantis principij, & ita per se conuenire dualitatem spirationi, cū Trinitas per accidens cōueniat creationi secundum rationē formalem creationis, vt explicauimus.

**B** Ex quibus illud consequitur vt non ponamus potentiam spirantem in vna persona sola; nam, quia in æternis potentia necessariò est cōiuncta cum suo actu, oportet cōfiteri vnam personam solam spirare, si in vna sola sit potentia spirandi. Quidam enim Doctores potentiam ponentes, negant actum, non ex defectu potentia, sed quia (inquiunt) deest ibi conditio operandi, scilicet vt duo spirēt; planè sentientes dualitatem esse conditionem quasi causalem spirandi; ita vt duo spirent, vnus non spiret; sicut duo portant lapidem, vnus nō portat. Quod falsum esse ostendimus, & hoc ipsum refellimus; quia omnis conditio agentis necessaria, indicat imperfectionem agentis, & reuocatur ad causam; personarum autem dualitas nihil addit virtuti spirandi, neque illa est imperfecta in qua desit conditio operandi: neque opinio isthæc aut ratione conuincitur, aut auctoritate dicentium; sed vanè asseritur ad effugendum argumentum.

**C** Posthæc obseruandum est, vt cap. antecedente notauimus, quòd hætenus disputauimus de processione Spiritus Sancti ea ipsa quæ est, scilicet à duabus personis emanans. Quòd si de impossibili positione sit sermo, verbi gratia, si solus Pater spiraret, si solus haberet spirandi potentiam: dicendum est spirationem non futuram fuisse eandem; & non pertinere ad eam spirationem dualitatē personarum, quia esset alterius rationis. Et hæc quidē sequuntur data hypothese quòd solus Pater habeat potentiam spirandi, aut solus spiret. Sed aliàs non data hac hypothese, semper est retinenda sententia, nullam futuram fuisse spirationem etiam alterius rationis, nisi à duabus personis; verbi gratia, si Pater non communicaret potentiam Filio, non est consequens quòd solus spiraret, sed est consequens quòd non haberet potentia spirandi.

In duabus, vñ spirandi est per se. Scotista.

Quid addant Thomista.

**I I.**  
Cōsestatum. Nō ponit potentiam spirantem in vna sola persona. Ratio.

Quidam ponentes potentiam, nō actū, ex defectu conditionis.

Improbantur vt ad finē cap. 41. n. 17.

**I 2.**  
3. aduert.

Si solus Pater spiraret, spiratio esset alterius rationis.

Si Pater non cōmunicaret spirationē Filio, aut si Filius non spiraret Pater non spiraret.

9. aduert.

Scoti sectatores quidam consentientes S. Thomæ ob fundamentum tertiae conclusionis sup. Rada cōtrouers. 16.

Scotus ipse videtur dissentire.

Ostenditur. 1.

Secundò,

10. aduert.

In duabus personis non est vlla vis spirandi, aut conditio, quæ non sit in vna.



Simile ex Patribus.

spirandi; nam si haberet, communicaret illam: hoc enim argumentum est Patribus frequens, quod si Filius non esset Deus, nec Pater esset Deus. Est quippe argumentum hoc à negatione consequentis; nam si Pater Deus est, Deum generat; quod si genitus non est Deus, neque generans Deus est. Similiter, si Filius non spirat, Pater non spirat; si Filius non habet potentiam spirandi, Pater non habet potentiam spirandi: quia si Pater spirat, & Filius spirat: & iterum ex negatione consequentis; Si Filius non spirat, neque Pater spirat. Et hoc maxime pertinet ad rationem formalem spirationis ut sit à duobus, propter naturalem ordinem secundæ originis, ut diximus.

*Responsio.*

13. Ad auctoritatem S. Augustini.

**A**D primam objectionem à S. Augustino de promptam respondemus S. Augustinum minime fuisse de questione ista loquutum; sed de unitate principij, quæ eadè servatur in principio creationis, & spirationis: nos verò disputamus, Vtrum cum ista unitate principij, necessario consentiat dualitas personarum.

Eadem est unitas principij in creatione, & spiratione.

14. Ad 1. argum. Perfecta potentia spirandi est in solo Patre, hoc est, singulariter.

Ad argumentum primum respondetur, concedendo antecedens, quod est perfecta potentia in solo Patre, hoc est, in Patre singulariter, sicut & in Filio, & in duobus simul. Sed negatur consequentia, quod etsi Filius non spiraret, Pater spiraret: si enim Filius non spiraret, non haberet potentiam spirandi; & ita Pater eam non haberet, ut in notationibus admonuimus.

15. Ad 2. arg.

Ad secundum respondetur concedendo id primum, quod est consequens, scilicet Patrem habere potentiam spirandi à se totam & integram, cui nihil desit. Sed negatur consequentia altera, scilicet quod Filio non spirante Pater spiraret: imò non spiraret, non quidem deficiente auxilio à Filio accepto, quod est falsum, & impossibile; sed maxime deficiente potentia spirandi; quia si ea non esset in Filio, non esset in Patre: non quia dualitas personarum perficiat potentiam; sed quia potentia est per se duarum personarum, ut explicauimus. Ad confirmationem respondetur concedendo antecedens, quod ordine rationis Pater prius habet potentiam spirandi; sed negatur

Si potentia spirandi non esset in Filio, non esset in Patre.

Ad confirm.

**A** consequentia, quod etsi eam non communicaret Filio, adhuc haberet; nam si non communicaret, non haberet, cum necessario illam communicet. Quod si mediteris Patrem habentem potentiam spirandi in illa prioritate, & ponas impossibile quod habens illam non communicet: concedo quod spiraret; actus enim est consequens ad potentiam in rebus diuinis, & non est ibi impedimentum, neque deest conditio ad operandum necessaria, ut diximus: sed illa spiratio impossibilis, quam fingis, esset alterius rationis.

Si ponatur Pater spirans solus, seu non communicans spiraret spiratione alterius rationis.

**B** Ad tertium concedo quod Trinitas personarum est per accidens ad creationem, & potentiam creatricem, etsi potentia creatrix inter personas tres communicetur; sed negatur consequentia quod dualitas personarum sit per accidens ad spirationem & spirandi potentiam; quia ut cap. precedente docuimus, creatio est opus naturæ non indicans Trinitatem ex propria ratione formali; spiratio verò est operatio personæ, quæ ex ordine sibi insito indicat personas duas, quibus est communis, eò quod est secunda operatio personalis. Et ita per se hoc conuenit, ut prima processio sit ab vna persona, & secunda à duabus.

16. Ad 3. arg.

Discrimen inter creationem, & spirationem, traditum cap. 41.

**C** Ad quartum respondetur concedendo antecedens, quod perfectissima potentia est in vna & altera persona, & quod non est perfectior in duabus: sed negatur consequentia, quod dualitas non sit necessaria. Simile argumentum obijcit sibi S. Thom. 1. p. q. 35. art. 2. & est ordine sextum; Si enim est virtus sufficiens in Patre, superflue operatur Filius. Respondetur non superflue, sed necessario Filium operari; quia eadem est virtus Filij: non quia Filius iuvat Patrem, sed quia virtus Patris est etiam Filij; quia ergo spiratio est secunda origo ex propria ratione est à duabus personis, quibus est virtus vna.

17. Ad 4. arg.

Simile argumentum apud S. Thom.

**D** Quod si obijcias, etiam creatio est operatio consequens originem diuinam: origo enim intra Deum antecedit creationem: ergo ex propria ratione est à tribus personis antecedentibus. Negatur consequentia; quia creatio est operatio naturæ non includens in suo conceptu personas diuinis; spiratio verò est operatio personalis, ut sæpius repetimus, & est ex propria definitione sua à duabus personis.

Respons.

Obiectio.

Solutio ex illo discrimine tradito c. 41.

Ad



18.  
Ad 5. arg.  
Dilectio mu-  
tua personarū  
dilectioni esse  
tū solum ad-  
dit relationem  
rationis.

Tamen dile-  
ctio essentia nō  
esset eadē, sed  
imperfecta,  
nec esset idem  
Spir. Sanctus,  
si a non mu-  
tua dilectione  
procederet.  
Declaratur.

19.  
Ad 6. arg.  
Si Sp. Sanctus  
procederet a so-  
lo Patre, ad-  
huc esset amor  
spiratus, sed nō  
idem qui est,  
seu non eadem  
hypostasis.

20.  
Ad ultim. arg.  
Respond. 1.

Mutua dile-  
ctio est opera-  
tio pertinens  
ad principium  
formale spira-  
tionis.

Respond. 2.

Ad quintum respondetur conceden-  
do antecedens, quod dilectio mutua per-  
sonarum nihil addit dilectioni, qua essen-  
tia diligitur, nisi relationem rationis.  
Sed negatur consequentia, quod si Spiritus  
Sanctus non procederet a dilectione  
mutua, procederet idem: nam si personarū  
diuinarū non diligerēt se se mutuo; neque  
dilectio essentia esset eadem, & infinita;  
neque ex dilectione ea procederet idem  
amor. Aliud enim est quod dilectionem  
diuinam distinguamus nos cogitatione  
duntaxat, ut est dilectio essentia, vel per-  
sonarum, quæ sunt relationes rationis  
addita dilectioni diuinæ. Aliud verò lō-  
gè diuersum est, si dicamus per illam di-  
lectionem nō diligi personas; quia esset  
imperfecta dilectio, & non eadem. Et ita  
asseueramus quod si Spiritus Sanctus nō  
procederet ex dilectione mutua Patris,  
& Filij, non esset Spiritus Sanctus: esset  
tamen amor, si ex dilectione quavis pro-  
cederet, sed idem amor non esset.

Ad sextum respondetur concedendo  
antecedens, quod si Spiritus Sanctus pro-  
cederet a solo Patre, adhuc esset amor  
spiratus, sed non eadem hypostasis, ut  
cap. sequenti dicemus. Sed negatur cō-  
sequentia, quod processio Amoris diui-  
ni ex propria ratione non sit a duobus.  
Nam etsi data hypothese, quod procede-  
ret ab vna sola persona, esset adhuc a-  
mor spiratus: absolutè tamen amor spi-  
ratus is qui re vera est Spiritus Sanctus,  
cum sit secundæ originis; est a duobus.  
Amor verò ille spiratus non esset idem  
data impossibili positione, quod proce-  
deret ab vno solo. Quod satis argumen-  
ti est, ut confirmemus amorem eum spi-  
ratum, qui est verus Spiritus Sanctus, ex  
propria ratione esse a duobus; siquidem  
ab vno si esset, non esset idem.

Ad vltimum respondetur conceden-  
do antecedens, quod actio nō sumit spe-  
ciem ab hypostasi, sed a virtute actiua,  
vel termino formali: sed si Spiritus San-  
ctus procederet ab vna sola hypostasi,  
non procederet a dilectione mutua, quæ  
est operatio potentia spiratricis, ut di-  
ximus, quæ operatio pertinet ad princi-  
pium formale, & virtutem actiuam; &  
idcirco non esset eiusdem rationis spi-  
ratio, ut modò est. Nam in diuinis re-  
bus, cum nulla sit differentia materialis,  
omnis varietas est in specie, & ratione  
formali. Secundò respondetur hoc esse

A speciale in operatione notionali, quæ est  
propria diuinæ personæ, ut variata vni-  
tate hypostasis varietur operatio; omnis  
enim varietas in Deo est formalis; quia  
non est materialis. Adhuc respondemus,  
quod etsi amor procedens ab vno solo  
retineret rationem formale amoris, es-  
set tamen res eadem cum Verbo: quare  
nec formalitèr esset idem qui modò est;  
nam nunc est formalitèr distinctus Amor  
a Verbo, quia est res distincta non mate-  
rialitèr, sed formalitèr: data autem hy-  
pothesi quod a solo Patre procederet,  
vna & eadem res esset Verbum, & Amor;  
& hæc vna res, distincta formalitèr esset  
a Verbo vero, quod non est Amor spira-  
tus; & ab ipso vero Amore spirato, qui nō  
est Verbum. Quare data hypothese res  
illa, quæ esset simul Verbum, & Amor di-  
stingeretur formalitèr a duabus rebus,  
quæ sunt Verbum, & Amor. Et ita sem-  
per colligimus pertinere hoc ad rationem  
formalem veræ spirationis actiua, quæ  
procedit tantum Amor & non Verbum,  
ut a duobus sit; aliàs non esset eadem  
spiratio; quia spiratio, & generatio esset  
res eadem.

CAPVT XLIII.

C *Si Spiritus Sanctus non procederet a Fi-  
lio, non distingueretur ab eo.*

Hæc vltima controuersia circa pro-  
cessionem Spiritus Sancti a Filio,  
plurimum refert ad Græcos conuincen-  
dos. Eo enim maximè argumento S.  
Thomas probat Spiritum Sanctum pro-  
cedere a Filio; quia nisi procederet a Fi-  
lio, non distingueretur ab eo. Cum ergo  
Græci confiterentur distingui, compen-  
dendi erant, ut eum procedere a Filio  
confiterentur. Eodem argumento vtitur  
Gennadius contra Græcos in expositio-  
ne Concilij Florent. sect. 9. *Si Spiritus  
Sanctus (inquit) non est ex Filio, ab eo  
nunquam personalitèr distinguitur.*

Godfredus quodlib. 2. q. 4. existimat  
inutiles esse quæstiones de positione im-  
possibili, eò quod indè impossibilia cō-  
sequatur; & quod modò ais, cogere ite-  
rùm negare. Gregorius etiam Arimin. d.  
10. q. 1. ar. 2. vtramque partem thesis ve-  
ram esse propugnat, data hypothese im-  
possibili. Cui consentit Melchior Cano  
apud Dominicum Bañes, vir non vulga-  
ris ingenij, & doctrina.

Illud

Respond. 3.

Si amor a so-  
lo Patre pro-  
cederet esset si-  
mul verbum,  
& amor; & di-  
stingeretur  
formalitèr a  
Verbo quod nō  
est amor, & ab  
amore, quod  
non est Ver-  
bum.

Contra Græ-  
cos argumētū  
S. Thome.

Gennad. in  
Cōc. Florenti-  
num.

2.  
De vtilitate  
quæst. sententia  
Godfredi,

Gregor.

Cano apud  
Bañes.



3.  
i. conclusio.  
Data illa hypo-  
thesi impos-  
sibili, vtraque  
pars proposi-  
tionis non est  
vera.  
Probatur.  
Alter pars est  
alteri contra-  
dictoria.  
Exemplum.

Illud ergo primū existimamus, opi-  
nionem istam Gregorij, & Melchioris  
Cano non esse verosimilem, si rectè ex-  
pendatur; nam absque dubio, cum quis  
asserit, Si sol lucet, dies est: alter contra-  
dicit dicendo, Non si sol lucet, dies est;  
vel quod idem est apud Dialecticos, Et  
si sol luceat, dies non est: veritas enim  
conditionatæ enunciationis, vt aiunt  
Dialectici, in eo cernitur, vt bona conse-  
quentia iudicetur, siue antecedens fal-  
sum sit, siue etiam impossibile. Si ergo  
quis dicat bonam esse consequentiam,  
alter verò non bonam, haud dubium  
quin sibi contradicendo repugnent; om-  
ninò autem necesse est contradicentium  
alteram partem esse veram, alteram fal-  
sam. Cum ergo S. Thom. & Ioan. Scotus  
in conditionatis assertis sibi contradi-  
cant, alterum falsum, alterum verum ef-  
se necesse est.

4.  
Aduert.  
Cum ex vna  
simplici enūci-  
atione enthy-  
mema confici-  
mus, argumē-  
tum in prædi-  
cato maioris  
continetur.

Consequentia  
naturalis, seu  
per prædicatū  
est bona sim-  
plicitèr.

Consequentia  
extranea, seu  
per subiectum  
non est bona  
simplicitèr, sed  
ex parte.  
Ratio.

Per hanc con-  
sequentiam se-  
quitur, quòd  
si Sp. Sanctus  
non procede-  
ret à Filio, di-

Observandū ergo est, cum ex vna sim-  
plici enunciatione enthymema confici-  
mus, argumentum in prædicato antece-  
dentis contineri; argumētum autem di-  
cimus illum terminum in quo est vis, ac  
facultas consequentiæ inferendæ; v. g.  
Quod currit consequens est vt mouea-  
tur; si ergo de Petro prædicamus curre-  
re, necesse est asseramus moueri: si verò  
de eo qui currit prædicamus sedere; con-  
sequens est non moueri; quia est conse-  
quens ad prædicatum, etsi impossibile  
sit motū non moueri. Igitur hæc sunt ve-  
ræ conditionatæ, Si sedens currit, moue-  
tur; Si currens sedet, non mouetur; sunt  
enim hæc consequentia ad prædicatum.  
Cum verò colligimus consequentia ad  
subiectū, non est bona consequentia sim-  
plicitèr, sed ex parte; & dicitur extranea,  
eò quòd argumētum in subiecto consti-  
tuimus: prædicatum enim significat id  
quod asserimus, quod scilicet de alio præ-  
dicamus, & affirmamus; subiectum autē  
supponitur affirmationi. Et hoc pacto  
consequentia bonæ sunt, sed non simpli-  
citer, sed ex parte, vt si dicas, Si sedens  
currit, nō mouetur; eò quòd si sedens cur-  
rit sedens est, vt verò sedens est non mo-  
uetur: hoc enim est consequens ad sede-  
re, quod est enunciationis subiectum.  
Quo pacto libentèr concedimus per ex-  
traneam consequentiā, quòd si Spiritus  
Sanctus non procederet à Filio, sed à so-  
lo Patre, distingueretur tamen ab eo: si  
enim loquamur de Spiritus Sancti per-

A  
sona diuina, quam ita vt verè est, necesse  
est esse; ad hoc subiectum consequens est  
vt sit persona distincta à Filio: absurdum  
autem est & prorsus inutile, quæstionem  
agitare de consequentia extranea. Sed  
hoc cum vtilitate quæritur, Vtrumne ex  
hoc quòd Spiritus Sanctus non proce-  
dat à Filio, rectè consequatur eum à Fi-  
lio non distingui, ita vt sit consequens  
ad prædicatum? Neque ab hac doctrina  
discordat Ioan. Scotus d. 11. q. 2.

Obijcitur tamen contra hæc, videtur  
quippe absolutè, ac simpliciter vera esse  
hæc enunciatio, Si Spiritus Sanctus esset  
persona subsistens, & sua proprietate cō-  
stitutata, vt modò est, & non procederet à  
Filio, distingueretur ab eo, & non distin-  
gueretur ab eo; ergo ex impossibili sequ-  
untur contradicentes absolutè, ac simpli-  
citer. Facile tamen occurrimus respon-  
dēdo, esse in ea cōditionata duas conse-  
quētiās cōiunctas, vt potè duo prædicata  
distincta, in quibus argumenta duo sunt.  
Et ideò ex altera parte antecedentis se-  
quitur altera cōtradicentiū, & altera ex  
altera: sed ex vna parte antecedentis in  
qua sit prædicatum vnam, non possunt  
consequi cōtradicentes absolutè, ac sim-  
plicitèr; scilicet ex parte prædicati in  
quo ponendum est argumentum.

B  
Sed videtur S. August. perperam dis-  
putasse per consequentiam extraneam  
ex parte subiecti lib. 5. de Trinit. cap. 4.  
vbi enodans illam quæstionem, Vtrum  
si Pater esset genitus, generaret? sequi-  
tur partem affirmantē, quòd generaret.  
At verò in rebus diuinis, ad illud prædi-  
catum, quod est esse genitū, sequitur non  
esse generantem; licet ad subiectū, quod  
est Pater consequatur, quòd sit generas:  
facit ergo consequentiam extraneam, &  
inutilem ex parte subiecti; quod non est  
credendum. Ad hoc dicimus S. August.  
nō loqui de rebus diuinis, sed in genere,  
& sic genito nō repugnat generare. Præ-  
terea dicimus in sensu verborum fecisse  
S. August. consequentiam ex parte præ-  
dicati hoc modo. Etsi Pater esset geni-  
tus, hoc est, quāuis in eo qui est Pater in-  
ueniretur esse genitus, generaret tamē;  
quia Patris est generare; & ita generare  
non consequitur ad prædicatum, geni-  
tus; sed ad prædicatum, Pater. Est enim  
antecedens coniunctum in sensu verbo-  
rum ex duabus propositionibus, scilicet  
si esset Pater, & esset genitus, nam dictio

stingueretur  
ab eo.

Nō de hac cō-  
sequentiā, sed  
de naturali est  
quæstio utilis.

Scotus.

5.  
1. obiectio pro  
2. sentētia pro  
ponens condi-  
tionatā conti-  
nentem duas  
consequentias  
cōiunctas, seu  
duo prædicata.

Solutio:  
Ex duobus præ-  
dicatis possunt  
cōsequi cōtra-  
dicentes sim-  
plicitèr.

Ex vno mini-  
mè.

6.  
2. obiectio ex  
S. August.

1. solutio.

2. solutio.

Si Pater esset  
genitus, gene-  
raret, hoc est  
in sensu verbo-  
rum, si esset ge-



aitur, dummodo e. iet Pater, consequens est vt generaret,

7.  
2. conclusio.  
Non est inutile data hypothesis impossibili disputare de consequentibus ad prædicatum.  
*Idem.*

*Richard.*

*S. Thom.*

8.  
De ipsa quest. 1. sententia affirmans  
*Scot.*  
1. argum.  
Secundum

*Aureol.*  
*Richard.*  
*Henric.*

9.  
2. sent. negans  
*Gregor.*  
Fundam.  
Si Spir Sanctus non esset à Filio, non esset à Patre: Vnde nullus esset.

Questio intelligitur de Sp. Scto, dato quod esset à solo Patre.

10.  
Conclusio negat.

illa, etsi, ponit duas condiciones; hoc est, quamuis sit genitus, dummodo sit Pater, consequens est vt generet.

Non ergo inutile iudicandum est data hypothesis impossibili disputare de consequentibus; eo enim modo inuestigamus penitus naturam prædicati per ea, quæ ad prædicatum consequuntur, alijs etiã impossibilibus permisis, quæ ad rationem formalem prædicati non attinent. Hoc fecit S. August. loco prædicto: & lib. 5. cap. 5. aliam quæstionem explicat de re impossibili, scilicet quod etli Pater non generaret, esset genitus. Et Richard. libr. 3. de Trinitat. cap. 16. dicit, quod etsi esset vna diuina persona haberet plenitudinem sapientiæ. Et alia sunt apud Patres exempla: & apud S. Thom. quod si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non distingueretur ab eo; quo maximè conuincitur Spiritum Sanctum procedere à Filio.

Sed vt veniamus ad quæstionem tractandam, Ioannes Scotus defendit partem affirmantem, scilicet quod etsi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, distingueretur ab eo; quia esset spiratus, Filius verò genitus; & essent personæ incommunicabiles, quæ necessariò sunt res distinctæ. Eadem opinio placuit Aureolo, & Richardo, distinctione 11. & Henrico quodlibet. 5. quæst. 9. verisimilis videtur: quam postea sequutus est Scotus.

Contra istos Doctores Gregor. Arimin. in 1. distinct. 11. quæst. 2. affirmat, quod si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non distingueretur ab eo; quia nullus esset Spiritus Sanctus. Et verè quidem affirmat Gregorius; nam vt comprobauimus antea, processio Spiritus Sancti ex intima ratione est a duobus, scilicet à Patre, & Filio: quod si non est à Filio, non est à Patre; vt ibi docuimus; ergo ex hac negatione, quod non sit à Filio, colligitur absolutè quod non sit. Sed tamen quæstio proponitur in alio sensu; cum enim nulla extiterit cõtrouersia de processione Spiritus Sancti à Patre, hoc dato quod à Patre procedat, inquitur, Vtrum Spiritus Sanctus procedens à Patre distingueretur à Filio, etsi ab illo non procederet.

Partem autem negatam cum S. Thom. & plurimis alijs Doctoribus, necnon & Patribus antiquis tuebimur, scil. Spir.

Sanctum non posse distingui à Filio, nisi ab ipso procedat. Est autem ratio Sancti Thomæ illustrissima demonstratio in hunc modum: Sola relatio distinguit personas diuinas, secundum fidem catholicam, vt libro quarto docebimus: distinguit autem relatio opposita; quod si opposita non sit, non distinguit: Paternitas enim & spiratio actiua sunt duæ relationes; & tamen quia non sunt oppositæ, non sunt personæ duæ Pater, & spirator; quod etiam est catholicè confitendum; sola itaque relatio opposita distinguit personas diuinas: sed si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non esset Filius spirator, neque Spiritus Sanctus esset relatiuè oppositus Filio; ergo non esset ab eo distinctus.

Explicatur clariùs argumentum; sunt enim quatuor oppositorum genera, scilicet cõtradiçorie, & priuatiuè opposita, quæ est oppositio inter ens, & non ens; quare ista oppositio non distinguit personas diuinas. Item cõtrariè, & relatiuè opposita; contrariè autem opposita, aut quasi cõtrariè, in Deo non sunt distincta reali distinctione; v.g. intellectus, & voluntas, misericordia, & iustitia, quæ solènt dici opposita disparatè. Ea ergo sola opposita faciunt distinctionem realem in Deo, quæ sunt opposita relatiuè. Et ratio doctrinæ statim occurrit; ea enim quæ sunt opposita contrariè, aut disparatè, licet sint res distinctæ, tamen non continent in suo conceptu distinctionem, quia non sunt ad aliud: quamobrem ad Deum reuocata possunt intelligi absque reali distinctione, vt intellectio, & dilectio, de qua re lib. 1. disputauimus. Relata autè ex propria ratione referuntur ad aliud, ita vt non possint vel cogitando constare absque reali distinctione eorum ad quæ referuntur; necesse est enim distingui gignentem à genito, & Patrem à Filio; neque aliter hæc possunt intelligi, nisi distincta. Eadem ergo ratione, quæ tot attributa suis rationibus formalibus longissimè distantia, sunt tamen res vna; relationes quoque diuina, quæ non opponuntur relatiuè, sed disparatè, sunt res vna; vnde Pater & spirator est persona vna, vt fides docet. Cum ergo nulla alia sit distinctio realis in Deo, nisi ea, quæ oritur à relatiua oppositione; illà remota, nulla manet realis distinctio. Et ita Spiritus Sanctus non distinguitur à Filio,

1. fundamētū  
S. Thomæ  
demonstrans.  
Sola relatio  
opposita  
distinguit  
personas  
diuinas.

11.  
Declaratur.

Opposita  
disparatè  
nō sunt  
in Deo  
distincta  
realiter.

Non continet  
in suo concep  
tu realem  
distinctionem,  
quæ  
non sunt  
ad aliud.

Sic relationes  
quæ sunt  
oppositæ  
disparatè,  
non relatiuè.